

WARBURG INSTITUTE

FHV 80

UNIVERSITY OF LONDON
WARBURG INSTITUTE

F
i
l
i
80

30/421 ✓
STUDIA
IN
ORACULA SIBYLLINA

COMMENTATIO ACADEMICA

SCRIPSIT

ET PERMISSU AMPL. ORD. PHILOS. UPSAL.
AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE ADIPISCENDOS

PUBLICE DEFENDET

EMIL FEHR

LIC. PHI. NAT. HOLM.

IN AUDITORIO IV A. D. XVI KAL. IUN. MDCCCXCIII

H. A. M. S.

— — —

27
UPSALIAE MDCCCXCIII
TYPIS DESCRIPSERUNT ALMQVIST ET WIKSELL.

UNIVERSITY OF LONDON
WARBURG INSTITUTE

Studia in Oracula Sibyllina.

Prolegomena.

I.

Innatam mentibus hominum miras et occultas res, praesertim futuri temporis explorandi cupidinem tum maxime exardescere, quum malis gravissimis oppressi homines aut totae gentes de salute desperent, quis nescit? Tum etiam felicitatis spes, quae ultima animos miserorum solet deserere, ubi nusquam in terris locus ei relictus videtur, ad alias regiones ignotas tendit; ubi tempora praesentia nullam sperari salutem sinunt, futura prospicit, quae utpote nulli cognita immensam fabulandi et exspectandi materiem praebent. Tum plurima prodigia temere creduntur, etiam absurdissimis additur fides. Quae tamen plerumque cito evanescunt, nullis aut exiguis relictis vestigiis.

Numquam autem in generis humani memoria aetas fuit in his rebus praeclarior saeculis circa Christum natum proximis. Gens erat Iudeorum, quae, crudelissimis tyrannorum imperiis vexata, quum duces fortissimos nacta esset, pro religione et libertate vario Marte, sed maxima saepe gloria bellis atrocissimis gestis, postquam per aliquod tempus libertate usa est, maioribus hostium copiis rursus domita, postremo paene deleta Hierosolymis miserandum in modum dirutis — inter tot discrimina rerum, quin etiam libertate extincta posteris spes et somnia sua scriptis compluribus expressa tradidit monumentum sui aere perennius. Haec est aeterna gloria illius gentis, quod illo tempore, quam-

quam aliorum armis subacta erat, tamen ingenii et religionis praestantia multis eius aetatis hominibus institutiones et dogmata sua volentibus imposuit, ita ut tum maxime de Iudeis quodam modo dici potuerit, quod de se futurum olim praedicarunt:

καὶ τότε ἔθνος μεγάλοιο θεοῦ πάλι καρτερὸν ἔσται,
οἱ πάντεσσι βροτοῖς βίον καθοδῆγοι ἔσονται¹.

Et summo iure eius modi principatum eos obtinuisse ante omnia inde apparet, quod illae Iudeorum sententiae atque spes mirum quantum ad conformandam novam et magnam religionem valuerunt. Christianismum enim his ipsis opinionibus dominantibus natum et auctum esse nemo negare potest, qui testimoniis novi testamenti de his rebus animum attendit. Propterea libri, quibus eas opiniones et sententias Iudei inseruerunt, studio diligentissimo digni videntur, quippe qui ad aetatem pree omnibus celebrem, ad cogitationes inter omnes gravissimas referantur.

Quamquam haud parvis difficultatibus laborant haec studia, primum quod scriptores illi sua sponte sententias verbis obscurissimis ipsi velarunt sive ad simulandam fabulosam antiquitatem sive ad fidem vaticiniis faciendam, quam necessario minui oportebat, si claris certisque verbis praedicta mendacii coarguerentur, deinde quod eius modi scripta, quae, popularis plerumque originis, cupide a plebe lectabantur, saepissime a lectoribus immutata sunt, qui spes et vaticinia eorum ad se quoque trahebant seque socios operis ascribere volebant. Quapropter si quid in illis libris inesse videbant, quod ipsorum temporis minus conveniebat aut ob aliam causam displicebat, id delere aut corrigere nullo modo dubitabant neque vero de suo addere quidquid opportunum putabant. Unde fit, ut multis et variis interpolationibus hi libri abundant; nusquam fere in literis antiquis tanta perscrutantibus necessitas imponitur textum traditum in partes

¹ Or. Sib. III, 194—195.

quasi dissecandi, quarum aliae alia tempora, alias sententias ostendunt¹.

Hoc autem munus quam sit lubricum et implicatum iam coniectura intelligi potest considerantibus ipsam materiem de qua agendum est; confirmant eam difficultatem doctorum virorum de his argumentis opiniones saepe dissidentes ac paene contrariae. Itaque interdum in suspicionem adducimur, de multis et gravissimis quaestionibus, quae huc pertinent, nihil fere pro certo affirmari posse. Sed ut haec ita sint, tamen operaे pretium fecisse mihi videbor, si non nullas eius modi quaestiones exutiendas iudicioque peritiorum subiiciendas suscepero.

Sed ut ad propositum meum proprius accedam, libros illos, quibus gens Iudea spes suas futurae felicitatis mandavit, breviter attingam. Quo loco moneo, Christianos quoque primis religionis sume saeculis hoc scribendi genus continuasse, quum libros antiquos additamentis suis augerent aut novos ad veterum scriptorum exemplar fabricarent². Totum tamen hoc literarum genus, quoniam iudaicae originis est, hue referri debet.

Sunt autem haec scripta communi proprio nomine ἀποκαλύψεις vocanda, quia revelationes vel visiones continent, in quibus futura vaticinis sanctis singulari dei gratia aperiuntur. Quales visiones iam antea in Iudeorum sacris scriptis occurserunt, dico prophetarum libros: inter prophetias et apocalypses maxima sunt similitudines. Mihi vero haec fere discrimina inter duo vaticinandi genera videntur, primum quod apocalypses multo audacieores et immoderatores sunt in futuris rebus praedicendis quam prophetiae (hae enim ante omnia homines docere et meliores reddere

¹ Cfr F. SPITTA, Die Offenbarung des Johannes (Halle 1889), KAISER, Das vierte Buch Esra (Göttingen 1889), SCHNAPP, Die Testamente der XII Patriarchen untersucht (Halle 1884), E. DE FAYE, Les apocalypses juives (Paris 1892).

² Nobile exemplum praebet apocalypsis Ioannis, quae vocatur. Cfr E. VISCER, Die Offenb. Johann., eine jud. Apok. in christl. Bearbeit. (Leipzig 1886).

studebant, illae autem multitudinem inflammare), deinde quod miris imaginibus et omni aenigmatum genere gaudent, tum quod tempore recentiore prodierunt falsumque prae se antiquitatis titulum ferunt¹. Auctores enim plerumque sibi vindicant priscae vetustatis, ut Danielem, Henochum, Mosen, Sibyllam, alias², unde etiam pseudepigraphi recte nominantur.

Iam primus totum hoc ἀποκαλύψεω genus homo nobis incognitus instituit, qui circa annos 167—165 a. Chr. librum conscripsit, cui nomen indidit Danielis, viri apud veteres Hebraeos clarissimi³. Rebus patriae misere afflictis, Antiocho Epiphane rege in gentem suam saeviente, vates ille "somnium vidit, — videbat in visione nocte", — et ecce tempora futura imaginibus splendidissimis ei aperiuntur: post pugnas crudelissimas et mala plurima deus iudicio facto regnum suum in terris constituet, quod "sancti eius obtinebunt usque in saeculum et in saeculum saeculorum". Quae vaticinia verbis ardentissimis ornata tantum favorem nacta sunt, ut liber pseudo-Danielis in canonem iudaicum recipetur multasque alias similis argumenti apocalypses excitaret⁴.

¹ De nomine ἀποκάλυψις fuse disputavit FR. LÜCKE (Versuch einer vollständigen Einleitung in die Offenbarung des Johannes, Bonn 1852, I pp. 17 sqq.), cuius sententias tamen non omnino possum probare. Cfr praeterea HILGENFELD, Die jüdische Apokalyptik in ihrer geschichtlichen Entwicklung (Jena 1857), pp. 5 sqq., H. J. HOLTZMANN, Einleitung in das Neue Testament, pp. 398 sqq., SCHÜRKER, Geschichte des jüdischen Volkes im Zeitalter Jesu Christi, II² (Leipzig 1886), pp. 609 sqq., BALDENSPERGER, Das Selbstbewusstsein Jesu im Lichte der Messianischen Hoffnungen seiner Zeit (Strassburg 1892), pp. 99 sqq., DE FAYE, I. c. pp. 121 sqq.

² Excienda est apocalypsis Ioannis, quae vocatur: de cuius auctore nihil certum constat.

³ Cfr Ezech. XIV, 14, 20; XXVIII, 3.

⁴ De argumentis atque aetate libri Danielis et ceterorum pseudepigraphorum, quos hic tangere solum licet, optime, ut ego quidem indico, disputavit SCHURER (II, pp. 613 sqq.), apud quem libri, qui ad hanc rem pertinent, citati inveniuntur. Cfr praeterea LÜCKE, I, pp. 40 sqq., HILGENFELD, pp. 19 sqq., E. HAVET, Le christianisme et ses origines, III, pp. 331 sqq., BALDENSPERGER, pp. 3 sqq., DE FAYE, pp. 13 sqq.

His praecipue editionibus usus sum: Das Buch Henoch, übersetzt

Ex his autem in primis hae nobis servatae manent: *Liber Henoch*, multis et magnis additamentis interpolatus, cuius pars antiquissima sub finem saeculi a. Chr. secundi scripta videtur (de ceterarum partium aetate nihil certum constat); *Assumptio Moyseos*, qui liber initio saeculi p. Chr. primi conscriptus videtur; *Apocalypsis Ioannis*, exente primo p. Chr. saeculo, ut videtur, in formam, quam nunc praebet, redacta; *Apocalypsis Baruch*, *Liber quartus Esrae*, qui vocatur; haec scripta eodem fere tempore, circa imperium Domitiani, ut videtur, prodierunt; *Oracula Sibyllina*¹.

Sed inter libros quos nominavi apocalypticos *Oracula Sibyllina*² singularem locum tenent. Nam primum non unum opus efficiunt, sed nobis tradita sunt in duodecim libros (I. I—VIII, XI—XIV, ut vulgo numerantur) divisa, qui longo temporum spatio inter se disiuneti sunt: partes antiquissimae medio fere saeculo a. Chr. secundo scriptae videntur, novissimae ad saeculum p. Chr. tertium pertinent. Acrius autem considerantibus in singulis libris multae partes occurunt, quae diversas aetates prodant. Unde intelligere licet, quot et quantae dissimilitudines in hoc Sibyllinorum

und erklärt v. A. DILLMANN, Leipzig 1853, *Libri apocryphi veteris testamenti graece*, recensuit O. F. FRITZSCHE, Lips. 1871, G. VOLKMAR, *Handbuch der Einleitung in die Apokryphen*, II (*Das vierte Buch Esra*), III (*Mose Prophetie und Himmelfahrt*).

¹ Alia quoque scripta iudaica hue referri possunt, velut *Liber Baruch* (non cum apocalypsi Baruch confundendus, graece eodem fere tempore conscriptus, graecae ex parte originis, in canonem graecum receptus), *Testamenta XII patriarcharum* (qui liber saeculo p. Chr. primo scriptus esse indicatur). Ad Ioannae apocalypsim exemplum postea multae apocalypses christianae pullularunt. Cfr TISCHENDORF, *Apocalypses apocryphae*. Ad apocalypsin Petri, eius fragmentum nuperrime repertum est, vide HARNACK, *Bruchstücke des Evang. u. der Apokal. des Petrus* (Lpzg 1893) pp. 5 sqq., 16 sqq.

² Editionibus usus sum: *Oracula Sibyllina*, rec. C. ALEXANDRE I, II, 1—2, Paris. 1841, 1853, 1856; *Oracula Sibyllina*, rec. J. H. FRIEDLIES, Lips. 1852; *Oracula Sibyllina*, ed. alter. rec. C. ALEXANDRE, Paris. 1869 (ALEXANDRE²); *Oracula Sibyllina*, rec. ALOIUS RZACH, Vindob. 1891.

corpore observandae sint: alios enim fontes singulae partes, alias sententias, alium verborum colorem ostendunt. Deinde auctorem suum non unum ex Hebraeorum sanctis viris, ut aliae apocalypses, quarum supra facta est mentio, esse volunt, sed paganam quandam vatem antiquissimam, Sibyllam. Quia pia fraude Sibyllistae coacti sunt, ut vera oracula, praesertim Sibyllina, imitarentur¹. In multis rebus cum Orphicis nostra comparari possunt: Orpheo quoque Iudaei et Christiani poëmata falsa ipsorum doctrinae faventia subdiderunt². Quum autem priscam antiquitatem simulare vellet, linguam antiquissimorum poëtarum, praecipue Homeri Hesiodique, imitari studebant³; recentiores quoque poëtas interdum respexerunt, ut auctorem Batrachomyomachiae⁴. Aratum, Apollonium Rhodium, alios; denique metro antiquissimo Graecorum, hexametris heroicis usi sunt. Itaque, quamquam Sibyllina, ut supra dictum est, ex iudaicis opinionibus ex maxima parte nata sunt, tamen literis graecis imbuta duplarem hebraicam et graecam originem aperte prodere videntur.

II.

Ordo librorum Sibyllinorum, qui nunc in editionibus servatur, ad verum originis eorum tempus minime aptus est.

¹ Cfr. *infra* p. 15. Antiquam originem produnt ex. gr. *Or. Sib.* III, 736, IV, 95 sqq. VIII, 14, 361, 373. Neque negari potest, multa, quae in Sibyllinorum corpus irrepererant, ex veris Sibyllinis graecis et fortasse etiam magicis (cfr. *Virg. ecl. IV*, *Plutarch. de Iside et Osiride* 47) originem traxisse, cfr. *Or. Sib.* III, 99 sqq. (genealogiam deorum), 414 sqq. (cfr. *Varronem apud Lactant. div. instit. I*, 6, 9, *Pausan. X*, 12, 2, *Diodor. IV*, 66 fio.). Cfr. praeterea *KLAUSEN*, *Aeneas und die Penaten I*, pp. 290 sqq., *GRUPPE*, *Die griechischen Culte und Mythen I*, pp. 677 sqq.

² Cfr. *SCHÜRER*, II, pp. 812 sqq.; *Orphica ed. ABEL*: *fragmenta orphica*.

³ Cfr. *editionem RZACHII*, pp. 240 sqq. ("Memoriae Homericæ et Hesiodeæ alliorumque poëtarum epicorum loci similes"), ubi index locupletissimus extat.

⁴ Cfr. K. BURESCHE, *Neue Jahrb. f. Philol.* 1891, pp. 532 sq.

Quem satis sero institutum esse testatur Lactantius (div. instit. I. 6. 13), qui de singulis horum oraculorum libris haec protulit: "sunt confusi nec discerni ac suum cuique adsignari potest nisi Erythraeae, quae et nomen suum verum carmini inseruit et Erythraeam se nominatuiri praelocuta est, cum esset orta Babylone". Conferas etiam anonymi praefationem, saeculo V, ut videtur, conscriptam¹, quae in nonnullis codicibus oraculorum corpori praemissa est, ubi de collectione sua editor hoc modo disseruit: ἔδοξε τοῖνοι καὶ τοὺς ἐπιλεγμένους Σιβυλλακόντες χρηματίσαι ποράθην εὑρισκόμενους καὶ συγκεχυμένους εἰς μίαν συνάρτειαν καὶ ἀρμονίαν ἐκθέσθαι τῷ λόγῳ. Etiam in codicibus, qui ad nos pervenerunt, series librorum varia, ita ut duae codicum classes, quas novissimus Sibyllinorum editor RZACH siglis Φ et Ψ designat², octo primos libros eodem quo vulgo numerantur ordine dispositos habeant, tertia autem classis, a RZACHIO litera Ω designata, quae collectionem non integrum servavit, librum exhibeat VI (qui in Ω nonus est), quocum libri VII versus primus et libri VIII versus 218—428 nonnullis exceptis coniuncti sunt, I. IV (in Ω decimum)³, II. XI—XIV⁴, postremo⁵ fragmentum (vv. 1—9) libri VIII (qui in illa collectione quintus decimus est)⁶.

Constat oracula Sibyllina Alexandriae, quae urbs Indaeorum, qui terram suam reliquerant, altera patria recte vocari poterat, primum in lucem prodiisse. Recentioribus quoque temporibus oracula nostra ibi scriptabantur⁷. Et ob easdem causas extitisse videntur, quibus liber pseudo-

¹ De praefationis aetate cfr. E. MAASS, de Sibyllarum indicibus (Berol. 1879) pp. 37 sqq.; BURESCU, Klaros (Leipz. 1889) pp. 90, 120, n. 15.

² Hae codicum classes etiam praefationem anonymi exhibent.

³ Exhibit hunc librum codd. QVH.

⁴ Unus cod. (M) solum I. XIV exhibit.

⁵ in codd. VH.

⁶ Cfr. RZACHII praefationem, pp. V sq.

⁷ De plurimis Sibyllinorum libris origo Alexandrina constat, de nonnullis ambiguitur. Cfr. BURESCU, Philol. 1892 pp. 85 sqq. De quarto libro cfr. BAUT, Ursprung etc. des vierten B. d. Sib. Or.; de libris primo et secundo cfr. MENDELSSOHN, Philol. 1890, p. 241.

Danielis, cuius supra mentio facta est. Rex ille, qui tam crudeliter in Iudeos patriam incoletes saeviebat, Aegypto quoque bellum intulit¹. Quod quum anxie timerent Iudei Alexandrini, tamen spe, ut saepe fit, erecti sunt, hoc bello tristissimo finito orbem terrarum ab omnibus malis acquietatum, quod hoc modo intellexerunt, affore brevi tempore finem τῶν ζιώνος τῶν τότος et initium τῶν αἰώνος τῶν μέλλοντος². Tunc etiam sperabant populum Iudeum rerum esse potitum, rege Messia a deo misso, qui impios et hostes deleret, ipsos autem summa gloria et felicitate ornaret; tum igitur dei regnum (id est regnum ipsorum) venturum esse. Has spes carmine vaticiniis pleno expresserunt, quod Sibyllae, vati antiquissimae apud priscos Graecos celebratae, ascripserunt. "Oraculis" illis novum quoddam ἀποκαλύψεως genus in literas inducentes maximum favorem nacti sunt³ multosque moverunt, ut alia eius modi vaticinia ad ipsorum exemplum fingerent. Multa ergo postea eiusdem argumenti oracula prodierunt, quibus non iam tempora aequa favebant. Quae, ut in talibus scriptis fieri solet, brevi tempore cum antiquissimis confusa in unum corpus redacta sunt. Postea Christianis quoque ad hoc scribendi genus accendentibus paulatim collectio nostra exstitit Sibyllinorum, ubi multa diversae originis simul occurunt, veteres partes interpolationibus scatent, recentiores interdum antiquioribus mixtae sunt.

De aetate et argumentis singularum Sibyllinorum partium multi viri docti disputatione, quorum his praecipue libris usus sum:

THORLACIUS, libri Sibyllistarum veteris ecclesiae crisi subiecti, Havn. 1815. BLEEK, Ueber die Entstehung und Zusammensetzung der uns in 8 Büchern erhaltenen Sammlung Sibyllinischer Orakel (Theol. Zeitschr., herausgeg. v. SCHLEIERMACHER, DE WETTE u. LÜCKE, I, pp. 120—246, II, pp.

¹ De bello Antiochi aegyptiaco vide SCHÜRER, I, pp. 129 sq.

² De significatione vocis οἰών, hebraice עַזְבָּן, cfr SCHÜRER, II, pp. 458 sqq. Or. Sib. III, 507, 756 sq.

³ De veneratione patrum erga Sibyllinorum libros cfr ALEXANDRE, II, 2, pp. 254 sqq.

172—239). GÖRÖKER, Philo und die jüdisch-alexandrinische Theosophie II (Stuttgart 1831) pp. 121 sqq. LOCKE, I. c. I, pp. 66 sqq., 248 sqq. ALEXANDRE, I. c. II, 2 pp. 312 sqq. ALEXANDRE² pp. XXI sqq. FRIEDLIED, I. c. pp. XII sqq. HILGENFELD, I. c. pp. 58 sqq. EWALD, Ueber Entstehung, Inhalt und Werth der Sibyllischen Bücher (Göttingen 1858). LABOCQUE, Sur la date du troisième livre des oracles sibyllins (Revue archéol. XX (1869) pp. 261 sqq.). BADT, de oraculis Sibyllinis a Iudaeis compositis (Vratisl. 1869). BADT, Ursprung, Inhalt und Text des vierten Buches der Sibyll. Or. (Bresl. 1878). DECHENT, Ueber das erste, zweite u. elfte Buch der Sibyll. Weissagungen (Frankf. a. M. 1873), DELAUNAY, Moines et sibylles dans l'antiquité judéo-grecque (Paris 1874). HILDEBRANDT, Das römische Antichristenthum zur Zeit der Offenbarung Johannis und des fünften sibyllinischen Buches (Zeitschr. f. wissensch. Theol. 1874 pp. 57 sqq.). SCHÜRER breviter, sed plerumque optime de his quaestionibus disputavit I. c. II, pp. 794 sqq. De antiquissimis Sibyllinorum partibus SUSEMIL (Gesch. der griech. Lit. in der Alexandrinerzeit, II, pp. 638 sqq. n. 62) brevissime disseruit.

Sententias virorum doctorum perscrutanti multa, quae ad has quaestiones pertinent, incerta atque obscura mihi videbantur. Quae tamen omnia nunc examinare non in animo habeo, quod longius esset, neque sententias et iudicia plurima aliorum in hac disputatione colligere atque repetere libet. Quare hoc loco satis habebo iudicium meum de aetate singulorum collectionis nostraee librorum breviter proferre, ea solum commemorans, quae ab aliis omissa aut non recte diiudicata existimo.

Iam inter omnes constat antiquissimas oraculorum partes in tertio libro occurrere. Sed plurimi viri docti¹ existimaverunt has paene toto tertio libro (vv. 97—807) contineri, nonnullis veris oraculis ethnicis, nonnullis etiam interpolationibus mixtas. Atque aetatem oraculorum anti-

¹ Vide SCHÜRER, II, 794 sqq., qui breviter sententias diversas attulit.

quissimorum diverse definierunt (inde ab annis 170—160 a. Chr. (BLEEK) usque ad a. 124 a. Chr. (EWALD)). Ego vero in eo ALEXANDRO assentior, quod magnam libri tertii partem antiquissimis oraculis recentiorem puto¹. Recte quoque mihi videtur vir doctissimus vv. 295—488 exclusisse, quamquam in ea quoque parte antiquiora oracula latent. Sed vide, ne non veri simile sit ceteras omnes libri tertii partes ab antiquissimo Sibyllista conscriptas esse². Mihi quidem pauca, quae in libro nostro reperiuntur, antiquissimam originem certe probare videntur.

Nam si primum testimonia externa consideranda sunt, occurunt duo tantum loci, quos antiqui scriptores respexisse videntur; sunt vero vv. 99 sqq. (de turri Babelica, cfr etiam v. 121) et vv. 414 sqq. (vaticinium de bello Troiano et de Homero mendacia scripturo). De quibus tamen summo iure dubitare licet. De turri Babelica vide quae infra afferentur, quibus probabile fiet, hunc locum in aliis vaticiniis Sibyllinis exstitisse, unde poëtam nostrum eum sumpsisse suoque carmini inseruisse. Vaticinium autem de bello Troiano, cuius rationem habuerunt Pausanias (X, 12, 2) et Varro (apud Lactant. div. inst. I, 6, 9) graecae originis esse credo³, postea in Sibyllinorum corpus receptum. Hanc enim materiem a scriptore Iudeo alienam fuisse quis neget? De Homero mendacia scripturo confer etiam quae Diodorus (IV, 66 fin.) de Sibylla quadam Tiresiae filia narrat⁴.

Transeamus igitur ad testimonia antiquae aetatis, quae oracula ipsa offerunt. Quorum clarissimum scriptum videamus III, 608 sqq.:

¹ Cfr praecipue dilucidas ALEXANDRI explicationes contra EWALDUM prolatas (ALEXANDRE² pp. VI sqq.). Cfr etiam SUSEMIEL, l. c.

² Cfr DELAUNAT, pp. 253 sqq.

³ Vide GRUPPE, Griech. Culte, I, pp. 683 sqq.

⁴ Elegam Virgilii quartam celebratam hic referre vix licet, cfr GRUPPE, l. c. pp. 687 sqq., cfr EWALD, Götts. Gelehrte Nachr. 1858, pp. 173 sq. Cfr Theoer. XXIV, 84 sq.

όππότ' ἀν Αἰγύπτου βασιλεὺς νέος ἐβδομος ἄρχη
τῆς ιδίης γαῖης ἀριθμούμενος ἐξ Ἑλλήνων
ἄρχης, τὸς δρέποντος Μακηδόνες ἀσπετοι ἄνδρες·
Ἐλθη δ' ἐξ Ασίης βασιλεὺς μάγας, αἰσθης αἴθων,
ὅς πάσαν σκεπάζει ταῖς πεζοῖς τε καὶ ἵπποις,
πάντα δὲ συγκόψει καὶ πάντα κακῶν ἀναπλήσει·
μίφει δ' Αἰγύπτου βασιλήιον· ἐκ δέ τε πάντα
κτίμαθ' ἔλων ἐπογείται ἐπ' εὐρέα νώτα θαλάσσης.

Haec aperte ad Antiochum Epiphanem pertinent, qui Aegypto, regnante Ptolemaeo Philometore, bellum intulit. Septimum autem Aegypti regem illum Philometorem esse puto, non Physconem¹, fratrem eius natu minorem; nam nulla causa est, cur Alexander Magnus ex serie regum excludendus sit. Oraculum igitur credo circa Antiochi et Philometoris tempora prodiisse².

Recurrit vaticinium simile vv. 314 sqq.:

Ἵσται τοι πληγὴ μεγάλη, Αἴγυπτε, πρὸς οἶκος
δεινή θ', ἦν οὐ πώ ποτ' ἐπίγλαυκας ἐργομένην τοι.
ἱουρατὴν γάρ τοι διελένεται ἄμφι μέσα σείο.
σκορπιοῦδε τε καὶ θάνατος καὶ λιμὸς ἐρέει:
ἐβδομάτῃ γενεῇ βασιλήων, καὶ τότε πάνσῃ.

Haec in ea parte libri nostri exstant, quae propter alias causas recentioris originis videtur. Neque ipsa ἐβδομάτῃ γενεῇ βασιλήων scripta videntur, si quidem καὶ τότε πάνσῃ interpretamur: "tunc desines pati". Huc fortasse recte ALEXANDRE³ (p. XIII) locum V, 458 sq. retulit, ubi de Aegypto:

Ἐσται δ' ἐν πέμπτῃ γενεῇ, δτ' ἐπαύσατ' Ὀλεύθρος
Αἰγύπτου.

¹ Ita plerisque viris doctis placuit.

² Vix recte BALDENSPERGER (l. c. p. 7 n. 3) contendit, vv. 611—615 ex libro Danielis (XI, 40 sqq.) sumptos esse (cfr potius Deuteron. XXVIII, 49 sqq.) neque ad Antiochum spectare. — Similem descriptionem vide praeterea in libro Assumptionis Moyseos III, init.: illis temporibus veniet illis ab oriente rex (l. e. Nebucadnezar) et teget equitatus (vel equitatu) terram eorum.

Fortasse etiam v. 317 ex Apocal. Ioann. VI, 8¹ de-
sumptus est, quamquam illae sententiae iam apud Ezech.
XIV, 21 inveniuntur².

Tertius de hoc argumento locus est III, 191 sqq., ubi
de Romanis, ut videtur, poëta vaticinatur:

μίσος δ' ἐξεγέρει καὶ πᾶς δόλος ἔσσεται αὐτοῖς
ἄχρι πρὸς ἑβδομάτην βασιληΐδα, τίς βασιλεύσει
Αἰγύπτου βασιλεὺς, ὃς ἀπ' Ἑλλήνων γένος ἔσται.

Sed totum hunc locum ob multas causas suspectum
iudico, ut in altera disputationis parte fusius demonstrabo,
quem igitur nihil probare arbitror.

Restat in libro nostro locus inter omnes obscurissimus,
vv. 388—400, de quibus multa coniecerunt viri docti, ut
aetatem huius libri definirent. Cfr HILGENFELD, pp. 69 sqq.,
ALEXANDRE, II, 2 pp. 368 sqq., EWALD, pp. 14 sqq., ALEXANDRE²
(contra EWALDUM) pp. XV sqq. Interpretatio HILGENFELDII
ingeniosa est, sed, ut concedit SCHÜRER (II, p. 798), qui sen-
tentiam eius amplectitur, non certa. Mihi vero ex loco
obscurissimo et misere corrupto (cfr praecipue v. 799) nihil
certi coniici posse videtur.

His rebus adductus de aetatis definitionibus, quae ad
librum tertium propositae sunt, valde dubito³. Hoc tantum
certum atque confirmatum videtur, quod iam initio monui,
antiquissimas Sibyllinorum partes illo libro contineri. Ce-
teras quoque partes satis antiquas (fortasse ex maxima parte
ante Chr. n. compositas) esse iudico; ALEXANDRE vix iure
vv. 295—488 usque ad Antoninorum tempora detrusisse vide-
tur. De initio libri confer quae infra disputabuntur. Totus
autem liber, paucis fortasse exceptis, iudaicus est.

Prooemium, quod vocatur, apud Theophilum Antioche-
num (ad Autolycum II, 3; 36) servatum (fragmenta I—III
RZACH) a plerisque ad antiquissima oracula pertinere exi-

¹ ALEXANDRE² ad h. l. 16, 8 citat, errore credo typographicio.

² Cfr tamen ad h. l. LAROCQUE, l. c. pp. 267 sq., cfr etiam Psalm.
Salom. XV, 8, Testam. XII patriarch, Ind. c. XXIII.

³ Cfr etiam P. DE LAGARDE, Gött. gelehrt. Anz. 1891 pp. 512 sqq.

stimatur. ALEXANDRE fere solus originem recentiorem (quippe christianam) probare conatus est. De hac re fuse disputavit BADT, de or. Sib. pp. 9 sqq.; confer etiam SCHTRER, II, p. 800 n. 71. Evidem neque de hac re quidquam pro certo affirmare audeo; optime quidem prooemium cum libri tertii antiquissimis partibus coniungi potest, nulla autem certa testimonia exstant; Theophilus enim et Lactantius non multum de hac re probare valent¹.

Sequitur liber quartus, circa a. 80 p. Chr. compositus, qui oraculum continuum idque non sine arte confectum praebet.

De quinti libri aetate alii alia existimarunt. Evidem SCHTRERO assentior, qui (II, p. 803) haec profert: "Es scheint mir ein vergebliches Bemühen, die Herkunft und Abfassungszeit der in diesem Buche vereinigten Stücke im Detail feststellen zu wollen. Denn es liegt auf der Hand, dass uns hier nicht ein einheitliches Ganze, sondern ein loses Conglomerat verschiedenartiger Stücke vorliegt". Maxima vaticiniorum partem exeunte primo saeculo vel initio secundi saeculi conscriptam esse veri simile videtur².

Libri sextus et septimus christiani sunt et inter se similes, ita ut eundem auctorem iure agnoscere liceat; sed in septimo libro etiam multa oracula raptim corrassa reperiuntur. Videntur autem secundo vel tertio saeculo in lucem prodiisse³.

Liber octavus ex partibus diversissimis constat, quantum aetatem haud facile dinoscere possumus; videntur tamen inde ab initio secundi saeculi usque ad tertium saeculum

¹ Cfr ALEXANDRE, II, 2, p. 328.

² Cfr HILDEBRANDT, Zeitschr. f. wissenschaftl. Theol. 1874, pp. 86 sqq. VISCONTI (Journal des Savants 1818, pp. 290 sqq.) propter vv. 487 sqq. illam libri partem post eversionem templi Serapidis (a. 389 p. Chr.) extitisse putavit; sed hos versus iam Clemens Alexandrinus (Protrept. IV, 50) attulit. Cfr igitur ad hoc vaticinium ALEXANDRE², p. 369.

³ ALEXANDRE, II, 2, pp. 379 sqq., FRIEDELIS pp. XLIX sqq., DECHENT, Zeitschr. f. Kirchengesch. 1878, pp. 500 sqq., BURESCHE, Neue Jahrb. f. Phil. 1892, p. 295.

medium exstitisse¹. Acrostichis illa vv. 217 sqq. fortasse ceteris libri partibus antiquior est².

Libri primus et secundus, inter se artissime coniuncti³, satis sero (non, ut videtur, ante saeculum tertium) in formam, quam nunc praebent, a Christiano homine redacti, antiquiores partes, iudaicae etiam originis⁴, servant. Multis locis libri II et VIII inter se congruunt, ubi l. II ex l. VIII hausisse vulgo existimatur; contrarium DECHENT (diss. pp. 29 sqq., Zeitschr. f. Kirchengesch. 1878 pp. 490 sq.) probare conatus est, cuius sententiae nonnulli loci videntur favere⁵.

Recentissimi atque levissimi sunt libri XI—XIV, qui saeculo tertio sub Odenati tempora conscripti videntur⁶.

His quam potui brevissime expositis transeo ad argumentum quod mihi proposui: ut ingenium et sententias primarias Sibyllinorum in examen vocem et quibus ex fontibus cogitationes illae fluxisse videantur perspiciam.

¹ Cfr ALEXANDRE, II, 2, pp. 331 sqq., 341 sqq., FRIEDLIEB, pp. LII sqq., DECHENT, Zeitschr. pp. 502 sqq.

² De acrostichide celebrata cfr maxime ALEXANDRE, II, 2, pp. 335 sqq.

³ Cfr BURESCU, Philol. 1892, pp. 422 sqq.

⁴ Sic DECHENT, diss.; cfr LANGEN, Das Judenthum in Palästina zur Zeit Christi, pp. 171 eq.

⁵ Cfr BADR, Nene Jahrb. f. Philol. 1874, pp. 629 sqq.

⁶ Omitto sententias minime veri similes, quas DECHENT, diss. pp. 49 sqq. de libro XI protalit. De ultimo libro, qui erux interpretum fuit, cfr EWALD, Abhandl. pp. 99 sqq., cuius indicium improbandum censeo; nuptime WIRTH, Das vierzehnte Buch der Sibyllinen (Wien, Stud. 1892, pp. 35 sqq.).

De origine et ingenio Sibyllinorum.

I.

Iudaei Alexandrini, novum ἀποκαλέσεως genus instituere studentes, quum ipsi graeco sermone uterentur et ad Graecos (i. e. ad cives suos iudaicae originis, qui tamen graeca solum lingua loquebantur, et ad gentiles Graecos) se converterent, non male auctorem scriptis falsis elegerunt, cuius apud Graecos auctoritas magna erat. Sibyllam enim vatem antiquissimam iam a priscis Graecis cognitam et cultam fuisse multi testes probant, postea plures prodierunt Sibyllae, quarum Erythraea clarissima existimabatur¹. Libri vero Sibyllini Romanorum quanta auctoritate usi sint, neminem fugere potest. Nostri autem etiam novas induxerunt Sibyllas².

¹ De antiqua Sibylla vel antiquis Sibyllis cfr ALEXANDRIE, II, 2, pp. 1—253, KLAUSEN, Aeneas und die Penaten, I, pp. 203 sqq., MAASS, de Sibyll. ind., GRUPPE, Griech. Culte, I, pp. 675 sqq., DIELS, Sibyllinische Blätter.

² Nostri de Sibyllis suis diversa narrant. Cfr praecipue III, 419 sqq., 809 sqq. (ad vv. 814 sqq. cfr Pausan. X, 12, 3; 7 et titulum sepulchrale Erythraeum a BUHESCHIO editum, Wochenschr. f. klass. Philol. 1891 p. 1042), V, 53, VII, 151 sqq., I, 287 sqq., II, 339 sqq., XI, 315 sqq. Procul dubio videtur, nostros initio Sibyllae Chaldaeacae (vel Babyloniae) personam gerendam suscepisse. Vide maxime Pausaniam, X, 12, 9, qui Hebraeam, Babyloniam, Aegyptiam eandem esse dicit. Ad h. l. cfr MAASS, de Sibyll. ind. pp. 13 sqq.; quae quidem ad hanc quaestionem ex Sibyllinorum I. III protulit, ex iis, quae ad illum librum supra attuli, corriganter. Ad Sibyllam Chaldaeam vide nunc SCHÜRER (Theol. Abb., C. v. WEIZSÄCKER gewidm., Freib. i B. 1892, pp. 39 sqq.), qui Isabel Thyatireensem, de qua Apoc. Ioann. II, 20: ὅδόντες . . . πορνῶν καὶ φαγεῖν εἰδωλόθυτα hanc Sibyllam vel eius προφῆτιν creditam

Hanc autem Sibyllae personam Sibyllistae non ita servant, ut sententias ethnicas gentilium vates proferat. Unum enim deum esse usque ad taedium Sibyllistae praedicant. Hoc autem magnopere dubitari potest, num eius modi sententiae in veris quoque Sibyllinis fuerint; neque enim cum KLAUSENIO (Aen. u. die Penat. I, p. 229, cfr n. 381) ex Cic. de div. II, 54, 112 colligo, libros Sibyllinos Romanos monotheismo (ut ita dicam) favissem. Contrarium enim vera illa oracula Sibyllina, quae nobis adhuc restant (Phleg. Mirab. X, Zosim. hist. nov. II, 6), videntur probare; conferendus etiam maxime Livius, qui saepe sacros libros commemorat¹. Sed in theogoniis et hymnis Orphicis Sibyllistae similes opiniones facile reperire poterant, et multa inde eos sumpsisse coniicere licet. Ita, ut hoc utar, totum prooemium, quod vocatur, sententiis quidem iudeoalexandrinis mixtum, Orphicum nescio quid spirare videtur.

Videamus enim initium prooemii (fr. I, vv. 1—18 RZACH)²:

"Ανθρώποι θυγητοί καὶ σάρκινοι, οὐδένεν ἔσοντες,
πῶς ταχέως ὑψησθε βίου τέλος οὐκ ἐσορῶντες;
οὐ τρέμετ³ οὐδὲ φοβεῖσθε θεόν, τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν,
ὑψιστὸν γνώστην πανεπόπτην μάρτυρα πάντων
παντοτρόφον κτιστήν, ὃς τις γλυκὺ πνεῦμα⁴ ἐν ἀπατῃ
κάτηστο χήρητηρα βροτῶν πάντων ἐποίησεν;
εἰς θεός, ὃς μόνος ἄρχει, ὑπερμεγέθης ἀγέννητος
παντοκράτωρ ἀόρατος ὅρων μόνος αὐτὸς ἀπαντα.
αὐτὸς δ' οὐ βλέπεται θυγητῆς ὑπὸ σαρκὸς ἀπάσης
τις γάρ σάρε δύναται τὸν ἐπουράνιον καὶ ἀληθῆ
ὅρθαλμοισιν ἰδεῖν θεὸν ἄμβροτον, ὃς πόλον οίκει;
ἄλλ' οὐδὲ ἀκτίνων κατ' ἔναντιον ἡλίοιο

esse existimat. Quam viri doctissimi opinionem consideranti mihi in mentem venit, crimen illud πορνίας, quod Sibylla Or. Sib. VII, 153 sqq., II, 341 confitetur, ad illos antiquissimae Sibyllae errores pertinere posse.

¹ Cfr ALEXANDRE, II, 2, pp. 198 sqq.

² Textum RZACHII secutus sum, excepto v. 18.

ἄνθρωποι στήναι δονατοί, θυητοὶ γεγαντες
ἀνέρες, εἰν ὅστοισι¹ φλέβες καὶ σάρκες ἔσντες.
αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα σέβεσθ' ἡγετοράχ κόσμου,
ὅς μόνος εἰς αἰώνα καὶ ἐξ αἰώνος ἐτύχθη
αὐτογενῆς ἀγένητος ἀπαντα κρατῶν διὰ παντός.
πάσι βροτοῖσιν ἐνών² τὸ κριτήριον ἐν φαῖ κοινῷ.

Ad hanc hymni Sibyllini partem conferre licet fragmentum Orphicum, saepe variis formis a Christianis citatum (Cfr Clem. Cohort. VII, pp. 21, 22. Strom. V, 14, 259, V, 12, 250, pseudo-Justin. Cohort. XV, Monarch. II, Euseb. Praep. ev. XIII, 12), vide praecipue *Orphica ed. ABEL* fragm. 5, vv. 9 sqq.:

εἰς ἔστι, αὐτογενῆς, ἐνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται·
ἐν δὲ αὐτοῖς αὐτὸς περινίσσεται, οὐδέ τις αὐτὸν
εἰσεράχθηται, αὐτὸς δέ γε πάντας ὄραται.
αὐτὸς δὲ ἐξ ἀγαθοῦ κακὸν θυητοῖσι φυτεύεται
καὶ πόλεμον κρούεται καὶ ἀλγεα δακρυόσενται·
οὐδέ τις ἔσθι³ ἔτερος γωρίς μεγάλου βασιλῆς.
αὐτὸν δὲ οὐχ ὄρόω· περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται·
πάσιν γὰρ θυητοῖς θυηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὅσσοις
μυραι, ἐπεὶ σάρκες τε καὶ ὄστα ἐμπεφύασιν.

Confer etiam aliud Orphici hymni fragmentum (123 ABEL, cfr fr. 46, fr. 43):

¹ Scriptura codicium corrupta est et locus nondum videtur sanatus; conjectura NAUCKII, a BZACCHIO in texum recepta, sententiam minus probabilem praebet. Nam quid sibi vult haec sententia: "homines, qui in ossibus venae et carnes sunt"? Aliam desidero ad exemplum loci infra citandi fr. Orph. 5, v. 17 (ἴστι σάρκες τε καὶ ὄστα ἐμπεφύασιν) sic fere: "homines, qui ossa et venae et carnes sunt". Neque mihi contigit, ut conjectura eas sententiam restinuerem; considerant tamen i. e. Orph. (v. 16 θυηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὅσσοις κ. τ. λ.) succurrat, locum hoc modo scribi posse: ἄνδρες ἐν δρυθαλυβοῖσι φίβες καὶ σάρκες ἴοντες vel: ἀνέρες, εἰν ὅσσοισι φλ. κ. σ. ἐ. — Sed nihil affirmo.

² Sic legendum censeo, ut in altera disputationis parte fusius demonstrabo.

Ζεὺς πρώτος γένετο, Ζεὺς διατάσσει, ἀργυρέανος·
Ζεὺς καφαλή, Ζεὺς μέσσα, Διός δ' ἐκ πάντα τέτυκται·

Ζεὺς πνοή πάντων, Ζεὺς ἀκαμάτου πυρὸς ὄρη·
Ζεὺς πόντου μίζα, Ζεὺς ἥλιος ἥδε σελήνη·
Ζεὺς βασιλεύς, Ζεὺς αὐτὸς ἀπάντων ἀρχυγένεθλος.
Ἐν κράτος, εἰς δαιμῶν γένετο, μέγας ἀρχὸς ἀπάντων,
Ἐν δὲ δέμας βασιλείουν, ἐν φύσει πάντα κυκλεῖται,
πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖα καὶ αἰθήρ, νῦν τε καὶ ἴμαρ κ.τ.λ.¹

Dogma illud perantiquum de spiritu omnibus infuso
(ὅς τις γλωσσὴ πνεῦμα ἐν ἀπαξι κάτθετο) illo tempore celebrimum
esse probant Virgilius versus clarissimi, et ipsi, ut
videtur, sententiis Orphicis imbuti, Aen. VI, 724 sqq.:

principio caelum ac terras camposque liquentes
lucentemque globum Lunae Titaniaque astra
spiritus intus alit, totamque infusa per artus
mens agitat molem et magno se corpore miscet.

Apparet igitur, monotheismum pseudo-Sibyllinorum
non solum ex religione iudaica (vel christiana), sed etiam
ex opinionibus Graecorum originem traxisse. De dei no-
tione Sibyllinorum confer Bouché-LECLERCQ (*histoire de la*
divination, II, pp. 201 sq.), qui severius ea iudicasse vide-
tur². Nam poëtae in tanta turba deorum et daemonum

¹ Cfr etiam hymni fragmentum ex papyro magica musei Lugdun.
Batav. p. VII. 33—VIII. 5 restitutum (DIETRICH, *Nene Jahrb.* f. Philol.
Suppl. XVI (1888) pp. 778 sqq.). Multa similis argumenti dicta exhibent γραμματικῶν Ἑλληνικῶν θεῶν Tuebingenses, a BURESCHO editi
(Klaros pp. 97 sqq.).

² "Sa conception du monde, de l'homme et de Dieu est d'une simplicité effrayante. Il y a, au plus haut du ciel, un Dieu unique, susceptible et jaloux, qui a fait le monde comme le potier devant son œuvre : il l'a modelé, décoré, distribué, peuplé d'êtres raisonnables, et il a la prétention légitime d'y être obéi et honoré. Or, son indignation est grande à la vue des cultes idolâtriques qui font fumer devant de vaines images un encens dû à lui seul et des vices de toute sorte qui déshonorent l'espèce humaine. Aussi, en attendant le jugement définitif auquel il soumettra le monde, déchaine-t-il de temps à autre des fléaux terribles, exterminant les races perverties et renversant les empires. Il

religionis suae de uno deo dogmata puriora et meliora glorianti et supra modum declamationes amplificant ignoscendum est.

Numquam fere igitur Sibyllistae deorum ethnicorum mentionem faciunt, nisi ut eos impugnent. Euhemerus doctrinam constanter amplectuntur¹: dii paganorum nihil sunt nisi principes hominum, qui post mortem propter res gestas divino nomine et honore dignati sunt: ita Or. Sib. III, 110 sqq.:

καὶ βασιλεὺς Κρόνος καὶ Τίταν Ἰαπετός τε·
Γαιῆς τέκνα φέρεστα καὶ Οὐρανοῦ ἐξεκάλεσσαν
ἄνθρωποι γαῖης τε καὶ οὐρανοῦ οὖνομα δέντες,
οὐνεκά τοι πρώτιστοι ἔσαν μερόπων ἀνθρώπων.

Quare paganos, qui illos deos esse putabant, cadaveribus et idolis sacrificare Sibyllistae irridentes contendunt: confer III, 545 sqq., VIII, 45 sqq., 392 sqq. Hoc modo etiam prooemii vv. 20 sqq. intelligendi videntur:

... θεὸν προλιπόντες ἀληθινὸν ἀέναον τε
δοξάζειν αὐτῷ τε θέτεν ιεράς ἐκατόμβις
δαιμοστή τὰς θυσίας ἐποιήσατε τοῖσιν ἐν "Αἰδῃ.

Deos enim gentilium δαιμονας esse antiqua Iudeorum opinio erat². Voce autem δαιμονες (quae significatio nimis longe abest ab illa Homeric et Platonica³) spiritus impu-

y a pourtant un peuple qu'il châtie parfois, mais qu'il n'exterminera jamais, dont il prépare, au contraire, le triomphe et la félicité: c'est le peuple hébreu, destiné à vaincre un jour, sous la conduite du Messie, les ennemis de Dieu et à se reposer de sa victoire au sein de délices inénarrables."

¹ Cfr V. RYDBERG, Undersökningar i germansk mythologi, II, pp. 520 sqq.

² Confert ALEXANDER ad h. l. Psalm. XCV, 5: πάντες οἱ θεοὶ τῶν ιθνῶν δαιμόνια.

³ Sympos. p. 202 E. Alter quidem ex hac de daemonis opinioni, postea sententiis maxime neoplatonicis amplificata, angelologia florens evasit, cfr ZELLER, Philos. d. Griech. III, 2³ pp. 393 sqq., 669 sqq., 695 sqq. Vide Augustin. Civ. dei IX, 19, Orig. c. Cels. VII, 68, Orph. fr. 238, 9 sq. (ABEL):

ros hominibus nocentes et insidiantes significarunt, quorum dolis pagani impediti a recta via aberraverant¹. Sed hoc loco² additum illud ἐν "Αἰδη" demonstrare mihi videtur Sibyllistas hic, ut semper alias, principes hominum dicere voluisse, quibus mortuis (*εἰδώλοις*) et in Orco iacentibus pagani sacrificabant, id est quos deos (*δαιμόνας*) esse credebant. Confer VIII, 392 sqq.³.

Nusquam autem, ut supra monitum est, Sibyllistae religionem paganam simulant. Si igitur interdum deos commemorant neque eos impugnant, deorum nomina translative usurpant. Sic ex. gr. Τυθός dicitur pro mari (III, 22, cfr Hom. II. XIV, 201), Νηρέος pro aqua (I, 232), Αρτης pro pugna (III, 464), Κύπρος pro amore impuro (II, 139) ceteraque⁴.

οῷ δὲ θρόνῳ πυρόντι παρεστᾶσιν πολύμοχθοι
ἄγγελοι, οἵτινες μέρκυλοι βροτοίς ὡς πάντα τελεῖσται.

Cfr oraculum Apollinis Clarii (BURESH, Klaros pp. 55 sqq., 97 sq.) de se ipso praedicantis:

μικρὰ δὲ θρόνοι μερὶς ἄγγελοι τῆμαίται.

Eius modi angelologia exstat Or. Sib. VII, 33 sqq.:

οἱ δὲ διωγγειλτῆρες ὅποι ποσὶ κοιμήσονται;

οἱ τοι πυράς φένεοι καὶ οἱ πεταμούς φείνεοι:

(προχίσσουσιν vel φείνουσι BURESH)
οἱ τοι ἀστην εφένοι καὶ οἱ πίρυπουσιν ἀγένται.

Cfr Or. Sib. II, 242, III, 1, BURESH, Neue Jahrb. f. Phil. 1892 pp. 296 sq. Praeterea conferenda est angelologia libri Henoch.

¹ Conferendae sunt narrationes evangeliorum de daemoniis a Christo electis (Or. Sib. I, 335; *δαιμόνας εἰδώλασι*). — Apud Prudentium Cyleninus ipso eius modi daemon est in hominibus habitans: cfr Apotheos. vv. 402 sqq.:

Torquetur Apollo

nomine percussus Christi

Intonat antistes domini: Fuge, callide serpens,

exue te membris et spiras solve latentes

Has inter voces medius Cyleninus ardens

eiulat

² Cfr tamen ad h. I. GÖRNER, Philo, II, p. 125

³ Cfr ALEXANDRE, II, 2, pp. 544 sqq.

⁴ De his rebus optime disputavit V. RYDBERG, Unders. i germ. mythol. II pp. 520 sqq. — In oraculo originis paganac, quod libro III,

Neque tamen plerumque usque eo simulationem ponentes procedunt, ut Sibyllam vulgarem, cuius personam gerendam suscepereunt, mendacii coarguant et alius quasi generis Sibyllam inducant, quod sane absurdum videtur, ut habet auctor quarti libri, initio carminis sui:

Κλοῦθι, λεώς Ἀστίγης μεγαλαύγεος Εὔρωπης τε,
δισσα πολυφθόγγοιο¹ διὰ στόματος μεγάλοιο²
μᾶλλω ἀφ' ἡμετέρου παναληθέα μαντεύεσθαι·
οὐ φευδούς Φοῖβοι χρησιμηγόρος³, δην τε μάταιοι
ἄνθρωποι θεὸν εἰπον, ἐπεψήσαντο δὲ μάντιν·
ἄλλαξ θεοῦ μεγάλοιο

Constat igitur Sibyllina nostra nullas doctrinas paganas continere, sed mere iudaica aut christiana esse, et ita quidem, ut antiquissimae eorum partes iudaicae sint, recentiores christianas doctrinas exhibeant. Dogmata autem christianismo propria sero in oraculis nostris reperiuntur⁴. Unde fit, ut de nonnullis libris ambigi possit, utrum iudaici an christiani sint.

Promoium, quod vocatur, vulgo iudaicum iudicatur

vv. 401 sqq. insertum est, deinde mire in l. I, vv. 184 sqq. translatum, Neptuni dei mentio occurrit. Cfr. BURESCU, Philol. 1892 pp. 454 sqq. In libro primo vv. 184 sqq. praedicationi Noe absurde inserti sunt, quod BYMBERG (l. c. pp. 536 sqq.) non animadvertisse videtur.

¹ Sive μελιφθέγχτοι (cod. A. classis Φ; BURESCU).

² Sic codd.; MENDELSSOHN (Philol. 1890 p. 251) coniecit μεγάροιο, BURESCU (Rhein. Mus. 1892 pp. 349 sqq.) Μεγάλοιο (de deo intelligendum).

³ Cfr. Pausan. X, 12, 6.

⁴ Libero admodum de his rebus scriptor Christianus Or. Sib. VIII, 299 sqq.:

ἄλλ' ὅπότ' ἂν δὴ ταῦτα τελειωθῆ, ἀ περ εἰπον,
εἰς οὐτὸν τότε πᾶς λόγος νόμος, ὃς τις ἀπ' ἄρχης
δέχεταιν ἀνθρώπον ἰδεῖθη διὰ λαὸν ἀπειθῆ.

Cfr. ibidem 307 sqq.:

καὶ δὲ γάρ ναῷ κρονίῃ τε νόμῳ τε λατρεῖσαι
φαντασίαις κόσμου κακαλομηλένῃ πάτης ἴστιγθη
αὐθίντου καταβάντος ἵπι γθονός ἀνάστο.

(sic BLEEK, FRIEDLIEB, EWALD, alii); solus ALEXANDRE¹ christianam ei originem tribuens argumenta, quae ad iudaicam originem probandam prolata erant, refutare conatus est. Sed contra eum BADT² recte videtur demonstrasse, doctrinas proprie christianas nusquam apparere. Vide fragm. I, 5 (*γλωσσὸν πνεόματα*), fr. III, 43 sqq., 47 sqq.

Observandum videtur initium fragmenti III:

εἰ δὲ γενητὸν ὅλος καὶ φύσιρεται, οὐ δύνατ' ἀνθρώπος
ἐκ μηρῶν μήτρας τε θεὸς τετοπωμένος εἶναι.
ἀλλὰ θεὸς μόνος εἰς πανοπέρτατος κ. τ. λ.

De his versibus BADT (p. 17): "quamquam opinionibus christianis non resistunt, tamen a Christiano haud facile prolati fuissent, reticendi potius, quippe gentilibus ansam contra ipsum poëtam daturi." Immo haec poëtae verba legenti suspicionem movere possunt, declamationem illam contra ipsum christianismum intelligendam esse: ad dogma enim de generatione Christi etiam melius pertinere videtur quam ad deorum paganorum fabulas. Sed hanc opinionem concedo veri similem non esse, quoniam Theophilus fragmentum nostrum in suum usum ad paganos refellendos citat. Quod tum fieri vix potuisse videtur, quamquam credulitas doctorum Christianorum praesertim in Sibyllinis citandis maxima erat.³

De libri quarti doctrina viri docti magnopere dissentiant. BLEEK, LÜCKE, ALEXANDRE, REUSS⁴, SCHÜRER (in ed. prima), DECHENT⁵ auctorem christianum faciunt, contra EWALD, FRIEDLIEB, HILGENFELD, BADT⁶, nunc etiam SCHÜRER

¹ l. c. II, 2 pp. 326 sqq.

² de or. Sib. a Ind. compos. pp. 9 sqq.

³ Confer de libro Assumptionis Moyseos, apocalypsi Baruch, libro quarto Esrae BALDENSPERGER, 1. c. pp. 27 sqq. Quos a patribus citatos et ut sacros cultos esse constat.

⁴ In HERZOGII "Realencyclop." art. "Sibyllen".

⁵ Zeitschr. f. Kirchengesch. 1878, pp. 492 sqq. Cfr WEISS, Studien u. Kritiken 1869, pp. 16 sq. not. a.

⁶ Ursprung etc. des vierten B. der Sib. Or. — In diss. de or. Sib. a Ind. comp. (p. 61) alteram sententiam amplexus est.

Iudeum, quod veri similius videtur¹. Loci enim huius libri, qui ad originem christianam probandam allati sunt (confer praecipue vv. 27 sqq., 37 sqq., 115 sqq., 164 sqq.) etiam ab homine Iudeo scribi potuerunt, quod recte, ut ego quidem credo, BADT demonstravit. Hic etiam probare conatus est, poëtam nostrum christianas de iudicio supremo doctrinas impugnare: deum ipsum (non igitur Christum) iudicium facturum Sibyllam praecinere (confer vv. 40 sq., 180 sq., 182)². Quam sententiam invalidis fultam argumentis existimo. Immo etiam fortasse fieri potuit, ut Christianus homo hunc librum ad antiquiorum exemplum conferat, nullis religionis novae propriis opinionibus expositis.

De quinti quoque libri doctrina viri docti alii alia indicarunt; mihi vero nihil certum constare videtur, nisi quod maximam partem auctori Iudeo ascribendam puto. Vv. 256—259, quocumque modo intelligendi sunt, aperte christianam originem monstrant³.

Libri XI—XIV vulgo christiani habentur. Quamquam hi religionem minus curant, plerumque annales exiles profanae historiae continent. DECENT⁴ librum XI, FRIEDLIEB⁵ librum XIV iudaicos esse arbitrantur. Recte RZACH⁶ existimat, editorem anonymum in praefatione hos libros non respexisse, quum collectionis suae utilitatem laudaret.

Sententiae proprie christianaæ, quae in oraculis nostris insignem locum non obtinere videntur⁷, praecipue in libris

¹ Quaedam in hoc libro occurunt, quae essenismum videntur spirare. Sed cfr. BADT, l. c. pp. 15 sqq.

² Comparari fortasse potest liber quartus Euseb. V, 6 (FRITZSCHE): "facta sunt per me solum et non per alium, ut et finis per me, et non per alium."

³ Quod quidem negat BADT (de or. Sib. pp. 74 sq.), qui recte difficultates quibus laborat hic locus excusat, ipse autem interpretationem minus aptam temptavit.

⁴ diss. pp. 49 sqq.

⁵ p. LXX.

⁶ Vide editionis Sibyllinorum praefationem p. VI.

⁷ Huc non vaticinia de ultimis rebus (de mundi interitu, iudicio

recentibus VI, VII, VIII, I—II occurunt. Quae quamquam ad dogmatum christianorum historiam haud parvi momenti sunt (propter eas editor *anonymus Sibyllina servanda esse censebat*¹), hoc loco ex maxima parte praetereundae sunt: pertinent enim ad theologiam christianam.

Tractundae vero hic sunt opiniones Sibyllistarum Iudeis Christianisque fere communes, quae in ceteris quoque apocalypsibus inveniuntur, apud nos autem singulari modo temperatae sunt, de iis nempe rebus, quae illis temporibus maxime cordi erant, dico de cosmogonia, de antiquissima historia, praeter omnia de Messia et de ultimis rebus. Deinde in examen vocandae sunt cogitationes oraculis nostris propriae coloremque iis novum tribuentes, quae me quidem iudice propter hoc ipsum inter eius aetatis scripta, immo inter antiqua literarum monumenta, locum Sibyllinis quoque promittunt.

II.

Initio libri primi (vv. 5 sqq.) Sibylla dei iussu creationem mundi narrat:

πρέπον δὴ κέλεται μι λέγειν θεός, ὃς ἐγενήθη
ἀτρεκέως κόσμος².

extremo) refero, quae iudicabo (ne dicam ex aliqua parte graecae quoque et magice) originis, a scriptore Christiano facta necessario colorem christianum praebent (cfr. praecipue acrostichidem illam celebratam). Dogmata autem proprie christiana intelligo ex. gr. christologiam Sibyllinarum, quae de vita et morte Christi narrant, aliaque eius generis, de quibus fuse ALEXANDRE, II, 2, pp. 460 sqq.

¹ *Anonymous* prae. 13 sqq. (BZLCH): καὶ γὰρ περὶ τοῦ πατός οὗδος καὶ ἄγνωτον πνεύματος τῆς θείας καὶ ζωοργικῆς τριάδος (de trinitate vero silent quae ad nos pervenerunt Sibyllina) ἀριθμήσεις διαταχθεῖσι:

. . . περὶ τυναν γεγονότων ἦ καὶ τους γενητομένους ποικίλους προλέγοντας καὶ ὅπλας εἰπεῖν εἰ μηρῶς τοὺς ἐντυγχάνοντας ὀφελεῖν δύνανται.

² Recurrit cosmogonia, brevissime quidem adumbrata, Or. Sib.

Ubi librum Genesis, licentia quidem poëtica usa, sequitur. Quum autem Adam et Ewan paeceptis dei violatis e paradiſo electos esse narravit, ad hominum primam aetatem describendam transit. Cuius instituta et mores exponuntur, non solum secundum Genesin, sed mixtis fabulis ex Hesiodi carmine quod inscribitur ἔργα καὶ ἡμέρα (de notissimis illis quinque aetatibus) et ex libro Henoch. Quas Sibyllista absurdissime confudit.

De aurea aetate canit Hesiodus ἔργ. κ. ἡμ. 111 sqq.:

οἱ μὲν ἐπὶ Κρόνου ἤσαν, ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασθεῖσιν·
ῶστε θεοὶ δ' ἔξων ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες.
νάσφιν ἀτέρ τε πόνων καὶ δίξιος· οὐδέ τι δειλὸν
γῆρας ἔπιν, αἰεὶ δὲ πόδας καὶ γείρας ὄμοιοι
τέρποντ' ἐν θαλήσι τακτῶν ἕκτοσθεν ἀπάντεν·
θυγατρούς δ' ὡς ὑπνῷ δεδημημένοι· ἐσθλὰ δὲ πάντα
τοῖσιν ἔργα.

Quae sine dubio respexit Sibyllista vv. 69 sqq.:

οἵσιν τε πολύχρονον ἥμαρ
ώπασσεν ἐς ζωὴν πολυάρατον· οὐ γάρ ἀνίαις
τειρόμενοι θυγατρούς, ἀλλ' ὡς δεδημημένοι ὑπνῷ,
δλβιστοι¹ μέροπες μεγαλήτορες, οὓς εὐθίγεσσιν
σωτῆρ ἀθάνατος βασιλεὺς θεός.

Sed absurde pergit vv. 73 sqq.:

ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ

VIII, 442 sqq., gnosticis, ut mihi quidem videtur, sententiis mixta. Ad v. 446

καὶ χεῖκῷ πλασθέντι τὰ πάνθ' ὑπετάξοιν αὐτῷ

cfr ex. gr. pap. Paris. 3009 (DIETRICH, Abraxas p. 139): ὁράζω τι
θεὸν φωτόροφον ἀδάμαντον τὸν χρυσοπλάστην τοῦ γένους
τῶν ἀνθρώπων, τὸν ἐξαγαγόντα ἐξ ἀδήλων καὶ πυκνοῦντα τὰ νέρη
καὶ ὑστεροῦντα τὴν γῆν κ. τ. λ. — Cfr cosmogonias in libro quarto Eusebe
occurrentes, VI, I sqq., 38 sqq.

¹ Codices præbent δλβιστοι εἰνι vel δλβιστ, unde ALEXANDRE δλ-
βιστ εἰ.

ῆλιτον ἀφροσίνη βεβολγμένοι. οἱ γὰρ ἀναιδῶς
ἔξεγέλων πατέρας καὶ μητέρας ἡτίμαζον,
γνωστοὺς δ' οἱ τίνωσκον ἀδελφεῖσιν ἐπίβουλοι.
ἥσαν δ' ἄρι μαροὶ μεμορυμένοι¹ αἴματι φωτῶν
καὶ πολέμους ἐποίουν. ἐπὶ δ' αὐτοὺς ἦλιθεν ἀτη
ὑστάτη οὐρανοῖσιν βεβολγμένη, ἣ βιότοιο
ὅτινοις ἔξειλεν· τοὺς δ' αὐθ' ὑπεδέξατο "Αἰδης.

Haec quidem non ex Hesiodo sumpta sunt, sed, ut videtur, ex Genesi et ex libro Henoch (cfr Gen. VI, 1 sqq., Henoch VIII, 1 sqq.). Maximis enim peccatis et sceleribus opus erat, ut iure iratus deus hominum genus diluvio extirparet. Deinde tamen mirum in modum primae aetatis narratio clauditur hoc modo (vv. 85 sq.):

ἀλλ' οὗτοι πάντες καὶ εἰν 'Αΐδαο μολόντες
τιμῆν ἔσχγκαν, ἐπει ἡ πρώτον² γένος ἥσαν.

Quod ab Hesiodi l. c. vv. 121 sqq. sumptum videtur. Quae clausula, quamquam a proximis absona et prorsus absurdia (causa τιμῆς nihil aliud erat quam quod πρώτον γένος ἥσσαν!) propterea addita videtur, quod cultum deorum Sibyllistae solito more explicare voluerunt³.

Primam illam aetatem secutum est

ἄλλο γένος . . . πολυποίκιλον, οἵς ἐμεμήλει
ἔργ' ἐρατὰ σπονδαὶ τε καλαὶ καὶ ὑπειροχὸς αἰδῶς
καὶ ποκινὴ σοφίη (vv. 89 sqq.).

Haec aetas primum laudatur et nomen iis inditur
γρήγοροι ἀλφηστῆρες, quia

μετὰ φρέσ' ἀκοιμητον νόσον εἶχον
ἄπλητόν τε δέμας.

Nomen illud γρήγοροι fontem Sibyllistae prodit. Est enim locus ille περὶ ἐγρηγόρου, quem e libro Henoch sump-

¹ κακοροθμίνοι: Codd.

² Codices corrupte ἔσχγκαν, καὶ εἰς πρώτον. Correctio incerta.

³ Aetas aurea secundum Hesiodum οἱ εἰς Κρόνον (ἔργ. τ. ήγ. v. 111) erant. Krónos autem alia Sibylla antiquorum hominum principem facit (Or. Sib. III, 110 sqq.).

tum Georgius Syncellus nobis servavit (Sync. ed. DINDORF pp. 20—23, 42—47, cfr Das Buch Henoch uebers. v. DILLMANN, pp. 82 sqq.). Ubi narratio libri Genesis VI, 1 amplificata est: καὶ ἐγένετο, ὅτε ἐπληθόνθησαν οἱ οὐρανὸν ἀνθρώπων, ἔγεννήθησαν αὐτοῖς θυγατέρες ὥραιαι, καὶ ἐπεθύμησαν αὐτὰς οἱ ἐγρήγοροι. — — — — οὗτοι Ἐλλαρίου ἑπτοῖς γυναικας καὶ ἡρέσαντο μετανιεσθαι ἐν αὐταῖς ἵνα τοῦ κατακλεψμοῦ. καὶ ἕτερον αὐτοῖς γένη τρία· πρῶτον γίγαντας μεγάλους. οἱ δὲ γίγαντες ἐτέκνωσαν Ναργηλεῖμ, καὶ τοῖς Ναργηλεῖπ έγεννήθησαν Ἐλιούδ¹. Narrantur deinde multae artes, quas οἱ ἐγρήγοροι homines docuerunt (cfr locum Sibyllinorum nostrum vv. 93 sqq.). De quibus tamen omnia mala praedicantur: καὶ ἐγένετο ἀσέβεια πολλὴ ἐπὶ τῆς γῆς. — — — μετὰ ταῦτα ἡρέσαντο οἱ γίγαντες κατεσθίειν τὰς σάρκας τῶν ἀνθρώπων. καὶ ἡρέσαντο οἱ ἄνθρωποι ἐλαττούσθαι ἐπὶ τῆς γῆς. Tunc homines, qui relicti erant, coelum (angelos) precati sunt, ut calamitates suas deo nuntiarent. Quas quum animadvertisset deus, ἐκέλευσε τοῖς ἄγιοις ἀρχαγγέλοις, καὶ ἔδησαν τοῖς ἔξαρχοις αὐτῶν (τῶν γιγάντων) καὶ ἔβαλον αὐτοὺς εἰς τὴν ἄδυσσον, ἵνα τῆς κρίσεως².

Unde sine dubio Sibylla nostra optimos et fortissimos aetatis secundae viros ad ultimum praecepites in Tartarum agit (vv. 101 sqq.):

ὅμως δ' ἔμολον ὑπὸ ταρτάριον δόμον αἰνὸν
δεσμοῖς ἀρρήκτοις πεφυλαγμένοι ἔξαποτίσαι
ἴς γένεναν μαλεροῦ λάβρου πυρὸς ἀκαμάτοιο³.

¹ Cfr Henoch LXXXVI, 4 (DILLMANN), librum Inbilaeorum VII (cfr RÖNSCH, das Buch der Inbiläen, p. 405), cfr DILLMANN, I. c. p. 95. — Totam hanc libri Henoch partem a graecis opinionibus non alienam esse existimat E. DE FAYE, les apocalyptes juives, pp. 205 sqq.

² Meliorem harum fabularum recensionem vide nunc in fragmento nuperime reperto libri Henoch, Mém. publ. par les membres de la mission archéol. franç. au Caire IX, 1 (1892), pp. 96 sqq. (U. BOURIANT), A. DILLMAN in Sitzungsber. der Akad. der Wiss. zu Berlin 1892, pp. 1081 sqq.

³ Cfr ep. Petri II, 2, 4: ὁ θεὸς <ἀγγέλος ἀμαρτήσαντας> αἱρεῖς λόγον ταρταρίσας παρέδωκεν εἰς κοίτην τηρουμένον.

Post secundam aetatem Sibyllista inducit tertiam (vv. 104—108), quartam (vv. 109—119), quintam (vv. 120 sqq.), quam gigantum nomine designat, cui etiam diluvium accidit. Quibus omnibus communis nota erat, quod nefariae et scelestae fuerunt. Fieri potest, ut poëta saecula tria, quae in libro Henoch (secundum Syncellum) post egregoros feruntur, respxerit; bene autem numerus quadrat ad quinque aetas Hesiodi, quamquam longe aliter apud Hesiodum describuntur.

Deinde (vv. 125—282) fuse diluvium narratur, verbis ex maxima parte libri Genesis, sed, ut videtur, ex aliis quoque scriptis iudaicis sumptis¹.

Post diluvium sexta aetas, quae etiam aurea vocatur, incepit (vv. 283 sqq.), cui ipsa se Sibylla ascribit²; ab hoc tempore poëta se futura praedicere simulat. Est quod miremur, tantam in oraculis nostris confusionem inesse posse: iterum quoque Hesiodi locum supra allatum sequuntur. Deinde (vv. 307 sqq.) δεύτερον γένος, Τιτάνεων (v. 309), existet. Qui quum caelo perniciem minati erunt, oceani fluctibus impidentur. Deus autem, qui se nullum iam diluvium facturum promisit (hoc saltem poëta meminit, se diluvium iam cecinisse), mare sedabit.

Hucusque igitur septem aetas nominatae sunt. Hic autem subito aetatum descriptio abrumpitur, et oraculum ad Christum et facta eius transit (vv. 319 sqq. usque ad libri primi finem). Unde iure suspicamur, duas has partes libri primi a principio diversas sero ab imperito artifice coniunctas esse.

Sed initio secundi libri, quem priorem libri primi partem continuare appetet, aetas decima, quae eadem ultima est, commemoratur (vv. 15 sqq.):

¹ De praedicatione Noe cfr Iosephi Antiquit. Ind. I, 3, 1, ep. Petri II, 2, 5. Cfr præcipue apocal. Pauli 59 (TISCHENDORF, apocal. apocr. p. 68): καὶ εὐλογήμεν τοῖς ἀνθρώποις κυρίους· μετανοεῖτε· ἵστη γὰρ κατακλυμάς ἔργεται· καὶ εόδις συνῆκεν, ἀλλὰ πάντας ἐξεμυτήριζεν με (cfr Or. Sib. I, 171), μή φεδόμενοι τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν, οὐαὶ τῷ γῆρᾳ τῷ δέσμῳ τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ ἀπολύται πάντας.

² Cfr Constantini orationem ad sanctorum coetum c. 18.

καὶ τότε δὴ γενεὴ δεκάτη μετὰ τῶντα τρισίται
ἀνθρώπων, ὅπότ' ἂν σεσιχθῶν ἀστεροπυγῆς
εἰδώλων ζῆλον θραύσῃ κ. τ. λ.

Unde colligere licet, ea quae antecedunt, obscure quidem expressa, ad nonam aetatem pertinere, octavae autem aetatis descriptionem e libris nostris excidisse. Sic igitur totius temporis spatium in decem aetas divisum videtur. Dispositio autem aetatum, quae in his libris invenitur, quam ab omni ratione aliena esset, ex hac expositione credo apparuisse.

Decem tamen aetas, alio quidem modo dispositae, saepius Sibyllistarum animo obversabantur: locos praecipue memorandos recensere libet.

Huc autem vix referendi sunt libri tertii vv. 108 sqq.:

καὶ τότε δὴ δεκάτη γενεὴ μερόπων ἀνθρώπων.
ἔτι δὲ περ κατακλυσμὸς ἐπὶ προτέρους γένετ' ἄνθρας.
καὶ βασίλευσε Κρόνος καὶ Τίταν Ἱαπετός τε¹ κ. τ. λ.

Hoc enim loco vox γενεὴ accipienda videtur de propriis aetatis hominum, non de longioris spatii saeculis. Ubi praeterea observandum est, Sibyllistam illum antiquissimum quoque in priscis temporibus describendis vestigia Hesiodi pressisse. Cfr Hes. Theog. vv. 126—138, 455—457, 459—480.

In libro quarto finis calamitatum et iudicium supremum ut in decimam aetatem incidente fore speratur (vv. 47 sq.):

ἄλλὰ τὰ μὲν δεκάτη γενεῇ μάλα πάντα τελεῖται·
νῦν δὲ ὅσ' ἀπὸ πρώτης γενεῆς ἔσται, τάδε λέξω.

Narrantur deinde (vv. 49 sqq.) aetas: Assyriorum sex, Medorum duae, Persarum una; ultima igitur Graecorum et Romanorum est. Quae aetatum supputatio et ipsa sane inepta videtur, sed appareat, Sibyllistam veterem opinionem secutum denarium numerum quocumque modo servare voluisse².

¹ Cfr Tertullianum ad nation. II, 12.

² Cfr ALEXANDRE, I. c. II, 2 pp. 443 sq.

Contra hanc sententiam, quae mihi videtur veri similis, affiri potest, Sibyllam vv. 18 sqq. dicere, se a deo coactam res futuras narraturam ἔγρις ἐνδεκάτην ἀφικέσθαι. Hoc uno loco aetas undecima commemoratur, quod etiam male convenit cum versu supra citato

ἀλλὰ τὰ μὲν δεκάτη γενεῇ μάλα πάντα τελεῖται.

Unde levissima textus mutatione ALEXANDRE v. 20 legit:

ἔγρις ἡς δεκάτην ἀφικέσθαι.

Contra eum BADT (Ursprung etc. des vierten B. der Sib. Or. pp. 5 sq.) probare conatur, Sibyllam dicere voluisse, in decima aetate omnes a se praedictas calamitates eventuras esse, quae dei regnum, felicitatem atque pacem undecimae aetatis praecedenter¹. Verbo enim ἀφικέσθαι adventum undecimae aetatis significari, verbo τελεῖται perfectionem omnium rerum, quae ante illam aetatem accidere deberent². Quae interpretatio non magnopere mihi placet. Nam quum in proximis vv. 40 sqq. de iudicio dei agitur et de piorum beata vita:

ἴσθε βέβαιος δὲ μενοῦσιν ἐπὶ ζειδωρού ἄρουραν
πνεύμα θεοῦ δόντος ζωήν οὐδὲν καὶ χάριν³ αὐτοῖς,

illis ipsis verbis, quibus totum hoc oraculum clauditur (vv. 187 sqq.), et deinde statim poëta pergit

ἀλλὰ τὰ μὲν δεκάτη γενεῇ μάλα πάντα τελεῖται,

omnes credo lectores haec verba de ultima omnium aetate accepturos esse: "ea quidem (iudicium, poenae impiorum, praemia piorum) in decima aetate perficiuntur".

Consentaneum igitur videtur, si v. 20 cum codd. ἔγρις ἐνδεκάτη legimus, v. 47 quoque τὰ δὲ ἐνδεκάτη γενεῇ legere⁴.

¹ Cfr DECHENT in Zeitschr. f. Kirchengesch. II (1878) p. 491.

² "Der Dichter vorheisst V. 20 bis zum Anbruch (ἀφικέσθαι) des elften alles zu verkünden, in V. 47 spricht er aber davon, was, um diesen Anbruch zu ermöglichen, im zehnten sich erfüllen müsse (τελεῖται)."

³ Sive Ζεύς (Φ, Ψ).

⁴ Quamquam haec conjectura enuntiatorum coniunctionem turbat; particulam enim μέν verba quae sequuntur νῦν δι' videntur postulare.

Quod quidem proposuerunt FABRICIUS et BLEEK, quibus assentitur FRIEDLIEB (l. c. Einleit. p. XXXIX n. 2). Qua coniectura probata EWALD (l. c. p. 50) contendit, undecimam aetatem esse Romanorum, vv. 102—133 descriptam (*Die Zahl fehlt allerdings hier Z. 102, sie ergibt sich aber als selbstverständlich, weil die Makedonische Weltmacht als die zehnte Z. 86 nach den Worten Z. 103—105 durch die Römische aufhört*). Unde apparere, Messiae aetatem duodecimam esse. Quae EWALDI sententia, quamquam textus Sibyllinorum rationem non satis spectat (nusquam enim post decimam aetatem (vv. 85 sqq.) alius aetatis scilicet undecimae mentio fit), vel ideo minus veri similis est, quod solito in Sibyllinis numero relicto alium in libris nostris prorsus inusitatum inducit¹.

In quinto libro unus locus ad hanc rem pertinere potest, v. 458 sqq.:

Ἐσται δὲ ἐν πέμπτῃ γενεῇ, ὅτε ἐπαύσατο ὁλέθρος
Αἰγύπτου, βασιλῆς ὅτε ἀν μυχθῶσιν ἀναδεῖς,
Παρμύλων γενεαὶ δὲ εἰς Αἴγυπτον καθεδοῦνται,
ἐν τῇ Μακρηδονίᾳ καὶ ἐν Ἀσίᾳ καὶ Λιβύεσσιν
κασμορανής πόλεμος πολυαιμάτος ἐν κονίγοιν,
ἐν πάνταις Ρώμης βασιλεὺς διαμάντι τε δυνάσται.

Sed quaeritur, quid significant illa verba ἐν πέμπτῃ γενεῇ, ὅτε ἐπαύσατο ὁλέθρος Αἰγύπτου. De hoc loco ALEXANDRE (l. c. I, p. 223): "Scriptum videtur ὅτε pro ἐπαύσῃ, postquam, ut intelligatur generatio regum quinta post Ptolemaeum Philometorem, sub quo Aegyptus ab externis bellis requieverit, sicut praedictum est lib. III v. 318. Sic devenimus ad Cleopatrae tempora, quibus et Aegyptus ab alienis gentibus occupata fuit, et civili Romanorum discordia tellus prope omnis conflagravit"². At FRIEDLIEB (l. c. Einleit. p. XLVI) eam ALEXANDRI opinionem minus veri similem existimans, Sibyllam hoc loco futuras res nullo certo temporum

¹ Cfr tamen quae infra de libro quarto Esrae et de apocalypsi Baruch disputabuntur.

² Cfr etiam ALEXANDRE, II, 1, p. 212.

indicio finxisse credit. Et ad ultima tempora poëtam hic respexisse ex sequentibus videtur apparere. Cfr vv. 464 sqq., praecipue vv. 481 sqq.:

ἀγλὸς δ' οὐκ ὀλίγη κόσμου πτέρυχας ἀμφικαλύψει,
δεύτερον αὐτῷ ἔπειτα θεοῦ φάσις ἡγεμονεῖσθαι
ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖσιν, δεσμοῖς θεὸν ἐξήμνησκεν.

Ubi verba δεύτερον θεοῦ φάσις ἡγεμονεῖσθαι de Messia accipienda sunt, qui rursus¹ post tenebras lucem reddet. Nunc sol quoque deficit, sicut luna iam antea (vv. 361 sqq.).

Fieri potest, ut poëta in quinta illa calamitosa aetate describenda antiquissimas opiniones secutus sit, ut apud Hesiodum inveniuntur, Ἑργ. η. ἡμ. 174 sqq.:

μηκέτ' ἔπειτ' ὄφειλον ἐγώ πέμπτουσι ματεῖναι
ἀνδράσιν, ἀλλ' η πρόσθε θανεῖν η ἔπειτα γενέσθαι.
νῦν γάρ δὴ γένος ἔστι σιδηρεον· η. τ. λ.

In libro septimo, vv. 96 sq. decimae aetatis mentio fit:
Σαρδώ, νῦν δὲ βαρεῖα, μεταλλάξῃ ἐς τέφρην².
ἴστη δὲ οὐκ ἔτι νῆσος, δε τὸν δέκατον³ χρόνος ἔλθη.

Hic quoque ad ultimam aetatem Sibyllista videtur respexisse.

Ad aliam autem temporum discriptionem pertinent vv. 139 sq. Quorum sententia tamen minime liquet. Cfr ALEXANDRE, I. c. I, p. 249, II, 1, p. 221, ALEXANDRE² pp. 372 sq.

In libro octavo hunc locum invenimus (vv. 199 sq.):
ἀλλ' ὅπότε ἂν δεκάτη γενέῃ δόμουν "Αἰδος εἰσῶ⁴,
θηλοτέρης ματέπειτα μέγα κράτος.

Quod primum insipienti ita intelligi potest, ut poëta decima aetate extincta imperium mulieris, ultimorum signum

¹ Sic ALEXANDRE ad l. I. REACH CASTALIONEM secundus vocem δεύτερον cum priore versu coniungit, sino dubio ob eam causam, quod αὐτῷ initio enuntiati solet occurtere, fortasse recte.

² Nupetrime REACH (Wiener Studien 1892 pp. 145 sq.) coniecit: μεταλλάξθησῃ ἐς ἄρρεν.

³ Codd. praebent δεκάδος, qua lectione eadem sententia evadit.

⁴ REACH suspicatur legendum esse εἰσαὶ, quae correctio, sane levis, mellorem sententiam reddit.

temporum, futurum praedicat. At ALEXANDRE (l. c. II, 2 p. 444) locum ita interpretatur, ut imperium illud mulieris decima aetate ad mortem appropinquante vel maxima decimae aetatis parte iam extincta futurum praedicatur, cui quidem interpretationi textus non repugnat¹.

In libro denique undecimo, vv. 14 sqq., decima aetas commemoratur, ad exemplum tamen aperte tertii libri (cfr quod supra de eo libro disputatum est), quem aliam temporum supputationem sequi constat.

Apparet igitur, oracula nostra omnis temporis spatium in decem aetas vulgo dividere, numerum autem denarium satis constanter servatum ex antiquioribus scriptis sumptum esse veri simile videtur.

Atque in scriptis apocalypticis Iudeorum saepe historiam generis humani in eius modi partes magnas discriptam videmus. In libro Henoch decem hebdomades annorum numerantur (cfr Henoch XCI, 15 sqq. DILMANN), quarum ultima iudicio supremo insignis est, post quam alter aeon incipere videtur.

Alius autem numerus occurrit in libro illo, qui quartus Esrae nominatur. Ubi c. XIV, vv. 11 sq. versio latina (FUTZSCHER l. c. p. 637) sic habet: "duodecim partibus divisum est saeculum, et transierunt eius decimam et dimidium decimae partis, superant autem eius duae post medium decimae partis". Locus autem non ita facilis ad intelligendum neque certus est; nam versiones syriaca et armenia eum omittunt, et versio aethiopica aliter habet: "decem enim partibus dispositus est mundus, et venit ad decimam, et superest dimidium decimae". Quam versionem si sequimur, numerus solitus denarius optime ad Sibyllinorum supputationem aetatum quadrat.

At in apocalypsi Baruch duodecim aetas videntur significari, quamquam alio modo intelliguntur. Vedit enim vates (c. LIII) nubem plenam aquis albis et nigris, quae

¹ Si legimus δέκανον Ἀιώνας εἰσι, interpretari licet: δέκανον Ἀιώνας εἰσι τοὺς μὲν λεπτούς.

super terram aquas, quae erant in ipsa, pluere incepit. Pluit autem primum aquas nigras, deinde aquas lucidas, postea iterum nigras, deinde iterum lucidas usque ad duodecim vices (LIII, 6). Sed post illas aquas alias pluit nigras, magis tenebrosas quam priores, igne mixtas, quae corruptionem et exitium afferebant. Post quas vates fulgur vidit, quod maxime illuxit, ita ut illuminaret totam terram, et regiones aquis nigris pernicie affectas sanavit totamque terram occupavit.

Hanc visionem per ambages tempora humani generis significare nemo non videt neque explicationem longam, quam vati aperuit Ramiel angelus (cc. LVI—LXXIV), hoc loco referre opus est. In duodecim enim partes hoc saeculum divisit deus; post quas δεύτερος οἰκόν, interitus et renovatio mundi incipiet. Quod claris verbis expressum exstat c. LXIX, 2 sqq.: “divisit enim Altissimus ab initio — — — flagitia enim impiatum — — — praevidit modos earum sex, et operum bonorum iustorum — — — praevidit modos eorum sex, praeter ea quae futurum est ut faciat in fine saeculi”.

Sed transeamus ad opiniones Graecorum, quae ad Sibyllina conformanda multum valuerunt.

Hesiodi quinque aetates omnium celeberrimae iam supra commemoratae sunt¹.

Quaeri potest, num versus Orphicus, apud Platonem (Phileb. 66 c) servatus

ἔκτη δ' ἐν γαστὶ καταπάθεστε κόσμου ἀστῆς

huc referri debeat. Tum sex aetates intelligendae essent, quarum ultima ipsius Orphei esset. Depravationem autem temporum hoc versu significari e verbis praecedentibus Platonis veri simile est².

Sed oracula vere Sibyllina decem aetates commemo-rarunt, si Servio credimus, qui ad Virgilii eclog. IV, v. 4 de Sibylla Cumana scripsit: “saecula per metalla divisit,

¹ Cfr BOHDE, Psyche, I, pp. 84 sqq.

² Cfr DIETERICH, Abraxas (Leipz. 1891) p. 128 n. 2. Alter quidem inducit ZELLER, Die Philosophie der Griechen I⁵ (1892) p. 89 n. 6.

dixit etiam quis quo saeculo imperaret, et Solis ultimum, id est, decimum voluit — — — dixit etiam finitis omnibus saeculis rursus eadem innovari¹. Ad has sententias aperte respxit Virgilius, l. c.

Ultima Cumaei venit iam carminis aetas;
magnus ab integro saeclorum nascitur ordo².

Item v. 10:

tuus iam regnat Apollo.

In hoc autem Servius videtur erravisse, quod Sibyllam saecula per metalla divisisse putat; decem enim metallorum Graeci nusquam mentionem fecerunt. Et Virgilius ad exemplum Hesiodi ultimam aetatem ferri nomine designat, vv. 8 sqq.:

Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum
desinet ac toto surget gens aurea mundo,
casta fave Lucina³.

Oraculum Sibyllinum saeculare, apud Phlegontem (Macrobius, 4) et Zosimum (II, 6) nobis servatum⁴, omne tempus in saecula annorum centum et decem divisit⁵: vide initium oraculi:

ἄλλ' ὁπότ' ἂν μήκιστος ἵκῃ χρόνος ἀνθρώποις
ζωῆς, εἰς ἑτέων ἐκατὸν δέκα κίνηλον ὄδεύων, ο. τ. λ.

Quales temporum rationes apud Romanos ab haruspiciis Etruscis adhibitas esse testis est Servius ad Virgil. Eclog. IX, 47, ubi Vulcatius haruspex de novo sidere in-

¹ Servius, rec. THILO et HAGEN, III, 1, p. 44 sq. — Pausanias, X, 12, 8, Cumanos nulla Sibyllae suae oracula ostendere potuisse contendit: γυρηρῶν δὲ οἱ Κομάτοι: τῆς γνωστῆς ταῦτης οὐδένα εἶχον ἐπιδειξασθαι. Sed quaelibet oracula Sibyllina Cumaneae Sibyllae apud Romanos celeberrimae ascribi potuerunt. Cfr praeterea MAASS, de Sibyll. ind. p. 11.

² Cfr "magni menses" v. 12. De anno magno sive Platonico cfr ZELLER, Philos. der Griechen I⁵ (1892) p. 428, II⁶ (1889) pp. 811 sqq.

³ Cfr etiam Ovid. Metam. I, 127: de duro est ultima ferro. Arat. Phoen. vv. 100 sqq. Cfr SONNTAG, Vergil als bukolischer Dichter (Leipz. 1891) pp. 66 n. 1.

⁴ Vide H. DIELS, Sibyllinische Blätter, pp. 133 sqq.

⁵ Cfr Horatii carm. saecul. vv. 4 sq., 21 sq.

terrogatus respondit, cometen esse, qui significaret exitum noni saeculi atque ingressum decimi. Cfr etiam Plutarch. Sull. c. VII de prodigo insolito: Τυρρηνῶν δέ οἱ λόγιοι μεταβολὴν ἔτερον γένοις ἀπεφρίνοντο καὶ μετακόσμησιν ἀποστημάνειν τὸ τέρας. εἶναι μὲν γάρ ἀνθρώπων ὅκτω τὰ σύμπαντα γένη διαχέροντα τοῖς βίοις καὶ τοῖς ἡθεσιν ἀλλήλων, ἐκάστῳ δὲ ἀφορίσθαι χρόνον ἀριθμὸν ὑπὸ τοῦ θεοῦ συμπεριενόμενον ἐνικαυτοῦ μεγάλων περιθόφ. Vide praeterea de hac re Censorinum, De die natali XVIII (HELTSCHE)¹.

In Iuvenalis satira XIII, vv. 28 sqq. legimus:

nona aetas agitur peioraque saecula ferri
temporibus, quorum sceleri non invenit ipsa
nomen et a nullo posuit natura metallo.

Quamquam v. 28 lectio non certa est: in optimo codice ab initio scriptum est "nunc aetas agitur" cet.². Quod si novem aetates a Iuvenale allatas esse existimamus, tamen sententia poëtae non satis elucet. Fieri quidem potest, ut de ultima et pessima aetate hic egerit et finem malorum in decima aetate futurum esse speraverit.

Haec fere de aetatibus mundi apud scriptores veteres reperiuntur. Quarum ratio, ut hac expositione apparuit, neque certa neque clara videtur; numerus quoque variat. Evidem hanc perturbationem explicare non audeo; id solum veri simile puto, denarium aetatum numerum satis divulgatum fuisse, quod quum ex Servii loco supra citato tum ex Sibyllinis nostris et ex libris Iudeorum supra in examen vocatis colligo. Sed si decem aetates numerantur, duobus modis eas intelligere licet. Nam aut aetas decima ultima huius aevi (*τοῦ αἰώνος τοῦτον*, cfr supra) existimatur, post quam alterum aevum exspectatur (tum in illo futuro aevo undecima etiam aetas, licet minus recte, commemorari po-

¹ Cfr ALEXANDRE, II, 2, pp. 441 sqq.

² Quod in illo codice (P) correctum est in "nona aetas agitur", quam lectionem reliqui codices praebent. Novissimus commentator (A. WEIDNER) scribit "nunc aetas gravior", quam conjecturam minime probandam censeo.

test); aut decima aetas iam finis huius aevi et initium sequentis esse creditur, quam ob rem etiam nona aetas uquodam modo ultima huius aevi iudicari potest. Sed de hoc hactenus.

Historiam autem generalem, dico regnorum sive imperiorum successionem, Sibyllina ad exemplum libri Danielis tractant, qui propter hoc laude dignus est, quod primus res orbis terrarum ad universales rationes retulit et omnem historiam suo iudicio complexus est, certas ei leges, certum finem tribuens¹. Quae laus una in his rebus Sibyllinis quoque dari potest, nam praeterea in rerum historia tractanda apud eos summa inscientia et confusio est.

In historia antiquissima Sibyllinorum² insignem locum obtinent fabulae illae, quae initio antiquissimi libri de turris Babelicae eversione narrantur, or. Sib. III, 99 sqq.:

οὐραφωνοι δὲ ἡσαν ἀπαντες
καὶ βούλοντ' ἀναβῆναι ἐς οὐρανὸν ἀστερόεντα·
ἀντικα δὲ ἀθάνατος μεγάλην ἐπέθυκεν ἀνάγκην
πνεύματιν· αὐτὰρ ἔπειτ' ἀνεμοι μέγαν ὑφόσιν πόργον
μίψαν καὶ θυγτοῖσιν ἐπ' ἀλλιγήλους ἔριν ὥρσαν·
τοῦνεκά τοι Βαβυλῶνα βροτοὶ πόλει σύνομοι³ ἔθεντο.

Illas enim respexit Alexander Polyhistor (apud Syncell. 80, 19 DINDORF), quem secuti esse videntur Iosephus, Ant. I, 4, 3 et Abydenus (Syncell. 81, 11—82, 2, Euseb. praep. ev. IX, 14, 2). Ob eam rem plurimi viri docti putarunt, testimoniis illis aetatem huius loci Sibyllini confirmari. Quod tamen fieri vix potest, nam Alexandrum Polyhistorem aliam fabulae speciem ante oculos habuisse ipsa verba eius probare videntur, quum deos³ (non deum) turrim evertisse

¹ Cfr LÜCKE, I, pp. 36 sqq. De illa "philosophia historiae" philosophi indicent.

² De his argumentis cfr ALEXANDRE, II, 2 pp. 446 sqq.

³ Iosephus, l. c. (qui ex Alex. Polyh. videtur hancuisse): οἱ δὲ θεοὶ ἀνέμοις ἐπιπέμψαντες ἀνέτρεψαν τὸν πόργον. Pluralem numerum habet Sync. 81, 11 sqq. (80, 19 sqq. codd. praebeant τοῦς δὲ θεοὺς, correxit GOAR τοὺς δὲ θεούς). Cfr de hac re BLEEK (l. c. I, pp. 151 sq., 209).

narrat. Itaque GRUPPE (Griech. Culte I, p. 683) veri simile putat, Alexandrum Polyhistorem non ex libro Sibyllinorum nostrorum tertio, sed ex aliqua Sibylla, quae verius Babylonica nominari posset (vide Or. Sib. III, 809), hausisse, unde etiam Sibyllistam nostrum hoc argumentum sumpsisse credibile sit.

In historia autem narranda novum quandam colorem sibi Sibyllina vindicant, nomina imperatorum, qui describuntur, acrostichiis i. e. primis nominum literis designantia. De quibus Sibylla ipsa XI, 15 sqq.:

μερίζετο γαῖα δ' ἄπαντα¹
ἄλλοδαπῶν ἀνδρῶν καὶ παντοδαπῶν διαλέκτων,
ῶν ἀριθμοῖς λέξει καὶ ἀκροστιγίοις ὀνομάγων
γράψαμεν τοῦνοι καὶ τοῦνοι δηλώσσουμεν.

Quae acrostichia non in antiquissimis oraculorum partibus inveniuntur, usitatissima vero sunt in ll. V et XI—XIV². Aliis quoque modis, saepe insulsissime, nomina regum et imperatorum per ambages significantur, confer ex. gr. VIII, 52, 66, XI, 23, 39³. Haec propter ea quoque memoria digna sunt, quod multo postea et usque ad nostra tempora oracula "Sibyllina" ad haec exempla simili modo facta sunt. De Sibyllinis mediis aevi confer VOGT, Ueber

qui lectionem Iosephi amplectitur, LÜCKE (I, pp. 67 sqq.), HILGENFELD (p. 59), (similiter etiam REUSS in HERZOGH Bealene. XIV, p. 190), qui gennum numerum singularem a Iosepho in pluralem mutatum esse contendat, quibus recte, ut mihi quidem videtur, adversatur GRUPPE, Griech. Culte I, pp. 682 sqq.

¹ Ad eius modi acrostichia respexit Lucianus, Alex. Pseudom. 11, qui etiam fictum oraculum Sibyllinum afferit.

² Aenigmata duo Sibyllina mentione digna videntur. Unum occurrit I, 141—146, quod nondum solutum est: cfr. ALEXANDER ad h. 1. et DELITZSCH, Versuchte Lösung eines sibyllin. Räthsels (Zeitschr. f. luth. Theol. 1877, pp. 216 sqq.), qui solutionem ΖΩΗΣ ΒΤΘΟΣ, ut ego credo, non veri similem, proposuit. Cfr. titulum Nicomediae, citatum in EZACH editione p. 245. — Alterum occurrit I, 326—331, Iesu nomen aperte designans. Cfr. etiam VIII, 148 sqq. Cfr. BUKESCH, Klaros p. 122 sq., χρήσαις τῶν Ἑλληνικῶν θεῶν 81, 83.

Sibyllenweissagung (Paul u. Braune's Beitr. zur Gesch. d. deutsch. Spr. u. Lit. IV (1877) pp. 48 sqq.)¹.

At aliud acrostichii genus, ab Epicharmo, ut traditum est, inventum (Diog. Laert. VIII, 78 παραστήσια, cfr DIELS, Sib. Blätter p. 34 n. 1), deinde apud Romanos ab Ennio cultum, in oraculis Sibyllinis veris occurrisse testis est Cicero, de divin. II, 54, 111, 112: "non esse autem illud carmen (i. e. oraculum) furentis cum ipsum poëma declarat , tum vero ea quae acrostichis dicitur, cum deinceps ex primis cuiusque versus litteris aliquid conectitur Atque in Sibyllinis ex primo versu cuiusque sententiae primis litteris illius sententiae carmen omne praetexitur." Et exemplum adhuc nobis restat oraculum Sibyllinum a Phlegonte (Mirab. X) servatum. Miramur igitur, unum solum talis acrostichii exemplum in Sibyllinis nostris occurtere, dico acrostichidem illam de iudicio extremo celeberrimam (VIII, 217—250), ubi primis cuiusque versus literis verba efficiuntur ΗΣΟΙΓΣ ΧΡΕΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΓΙΟΣ ΣΩΤΗΡ ΣΤΑΥΡΟΣ.

In oraculis nostris magnum locum obtinent in terras et urbes et insulas varias malorum vaticinationes², quarum partem ex antiquis oraculis, veris fortasse Sibyllinis, sumptam esse supra monui³. Quibus de vaticiniis idem dici potest, quod Heraclitus, qui primus Sibyllae mentionem fecit, de ea scripsisse fertur, Plutarch. Pyth. Orac. VI: Σιβυλλα μανιούνενη στόματι ἀγέλαστα καὶ ἀκαλλάψιστα καὶ ἀμέριστα τρεπτομένη. Et optime dirae illae exclamations interitum orbis terrarum praedicenti atque invocanti aptae erant.

In Sibyllinis multa insunt gnomica, quae Sibyllistae videntur carminibus suis inseruisse, et ut paganos ad verum

¹ Etiam in literas saethicas eius modi "prophetiae Sibyllae" irreverunt, quae, initio ex germanica lingua (cfr bibliographiam ALEXANDRI ad annos 1516, 1517, 1531, 1549, 1565) in saethicam conversae, multis locis, ut videtur, interpolatae, hodie quoque venditantur. Cfr LÜKEN, Die sibyllinischen Weissagungen (Würzb. 1877), pp. 40 sqq., praecipue p. 49.

² Vide Or. Sib. III, 303 sqq. usque ad v. 544, IV, 80 sqq., V, 60 sqq., 115 sqq. et passim usque ad finem libri, VII, init., 96 sqq., VIII, 37 sqq., XI—XIV, passim.

³ Cfr p. 6.

dei cultum vocarent aut saltem iis terrorem ipsorum dei iniicerent, et ut cives suos ad fidem deo servandam hortarentur. De declamationibus, quae dei notionem ipsorum testantur, iam supra egimus¹. Hortationum duo genera his exemplis illustrari possunt: Graeciam iam antiquissimus, ut videtur, Sibyllista hortatus est, III, 545 sqq.:

'Ελλάς δή, τί πέποιθας ἐπ' ἀνδράσιν γεμόνεσσιν
Θυητοῖς. οἵς σύν ξεῖται φυγεῖν θανάτοιο τελευτῆν;
πρὸς τί τα δώρα μάταια καταχθιμένοις πορίζεις
Θύεις τ' εἰδώλοις; τίς σοι πλάνον ἐν φρεσὶ θήκεν
ταῦτα τελεῖν προλιπεῖν τα θεοῦ μεγάλοιο πρόσωπον;
οὖνομα παγγενέτας σέβας ἔχει, μηδὲ λάθης εἰς².

Et vv. 624 sqq.:

ἀλλὰ σὺ μὴ μέλλων, βροτὲ ποικιλόμητι, βράδυνε,
ἀλλὰ παλιμπλαγκτος στρέψας θεὸν ἱλάσκου.
Θύεις θεῷ ταύρων ἐκαποντάδας γὰρ καὶ ἄρνων
πρετοτόκων αἴρων τα περιπλομένηστιν ἐν ὥραις.
ἀλλὰ μνι ἱλάσκου, θεὸν ἀμβροτον, αἴ κ' ἐλεγῆσῃ.

Iudaeis autem gloriam summam vaticinatur, si leges dei servent, III, 282 sqq.:

ἀλλὰ μένει σ' ὁγαθοῖο τέλος καὶ δόξα μεγίστη,
ἥς σοι ἐπέκρανεν θεὸς ἀμβροτος. ἀλλὰ σὺ μίμης
πιστεύειν μεγάλοιο θεοῦ ἀγνοῖσιν νόμοισιν,
ὅππότε σείσ καμὸν ὀρθὸν γόνον πρὸς φάσις ἀρη.

Inter partes Sibyllinorum gnomicas maximum locum tenet interpolatio illa, quae ex carmine pseudo-Phocylidis libro Sibyllinorum secundo (vv. 56—148) inserta est³. Hic notandum videtur, Sibyllistas alium quoque eiusdem generis librum ante oculos habuisse. Est hic liber de duabus viis, iudaicae, ut videtur, originis⁴, postea a Christianis receptus,

¹ Praescipue conferendum est "prooemium", quod vocatur.

² Textus v. 549 incertus; v. 550 corruptus videtur; BURESCH, Rhein. Mus. 1892, pp. 347 sq. coniecit σίβασμ' ἔχει, μηδὲ λάθηται.

³ Cfr SCHÜBER, II, pp. 824 sqq.

⁴ Vide HARNACK, Die Apostellehre und die jüdischen Beiden Wege pp. 25 sqq.

quem ex libro christiano, qui inscribitur διδαχὴ τῶν ἀποστόλων, restituere licet¹. Cuius initium hoc est: οὗτοι δύο εἰσὶ, μία τῆς ζωῆς καὶ μία τοῦ θανάτου, διαφορὰ δὲ πολλὴ μεταξὺ τῶν δύο ὁδῶν². Huc spectare videntur Or. Sib. VIII, 399 sqq.:

αὐτὸς ὁδοὺς προέθηκα δύο, ζωῆς θανάτου τα·
καὶ γνώμην προέθηκ' ἀγαθὴν ζωὴν προελέσθαι·
αὗτοι δ' ἐς θάνατον καὶ πῦρ αἰώνιον γένεται³.

Ad viam autem vitae spectant verba, quae post carmen Pseudophocylideum libro secundo insertum sequuntur, II, 149 sqq.:

οὗτος ἀγών, ταῦτ' ἔστιν ἀέθλια, ταῦτα βραβεῖα⁴,
τοῦτο πήληη ζωῆς καὶ εἴσοδος ἀθανασίης,
ἡγε θεὸς οὐράνιος γε δικαιοτάτοις ἀνθρώποις
ἔστησεν νίκης ἐπαείκιον· οἱ δὲ λαβόντες
τὸ στέφανον ἐνδόξως διελέθησονται διὰ ταῦτης.

Ad διδαχὴν τῶν ἀποστ. I, 6 fortasse spectat or. Sib. II, 79 (cfr MENDELSSOHN, Philol. 1890, pp. 245 sq.).

Hymni quoque in corpore Sibyllinorum inveniuntur, quos hic tantum nomino, ne quid maioris momenti in oraculis nostris occurrens praetermississe videar. Continet enim totus liber sextus hymnum christianum, vaticiniū quidem mixtum, ita tamen, ut lyrici carminis speciem prae se ferat. Hymnus ille aperte haereticus singularem christologiam exhibit⁵. Cum quo comparandus est hymnus in fine octavi libri (vv. 481 sqq.) occurrens, et ipse christianus, ad dei laudem fideles exhortans:

ἄλλ' ἄγνωτος πραπίδεσσι γεγηθότες εὑρρονι θυμῷ
ἀφνειατές τ' ἀγάπησι καὶ εὐδώροις παλάμησιν,

¹ HARNACK, l. c. pp. 52 sqq.

² Cfr Barnabae epistulam (quae indidem videtur hausisse) XX, 1: οὗτος γάρ ἐστιν θανάτου αἰώνιος μετὰ τιμωρίας.

³ An γένεται scribendum? Cfr VIII, 340, ubi RZACH vix recte scripturam codicem mutavit.

⁴ Haec ad or. Sib. II, 39 sqq. spectant.

⁵ Cfr quae infra ad Or. Sib. VI, 6 disputabuntur.

μεταλλύχιοις φαλμόται θεοπρεπέσσοι τε μολπαῖς
ἀρθίτον ἀξομνεῖν σε καὶ ἀψευστον κελόμεσθα,
παγγενετήρα θεόν, πινυτόφρονα

III.

Venio nunc ad argumentum in omnibus libris apocalypticis ante omnia cultum, ad ultimorum rerum vaticinationes. Quarum primum locum obtinent quae de Messia et de futuro dei regno praedicuntur. Sed ad Sibyllinorum de his rebus prophetias optime intelligendas opus esset eorum locorum, qui de argumento nostro in ceteris apocalypsis occurruunt, tempora accurate definire et rationes, quae Sibyllinorum diversis partibus cum iis intersunt, explicare. Quod tamen difficillimum videtur atque quaeri potest, num subsidiis criticis, quae adhuc nobis parata sunt, fieri possit; certe mihi quidem, non ut par erat in his rebus versato, locos illos perscrutanti interpretationesque virorum doctorum diversas consideranti hae quæstiones desperandæ obscuritatis videntur¹. Itaque nunc locos Sibyllinos ad has res pertinentes ordine quo eos exstitisse credo dispositos recensere et quam possum diligentissime examinare satis habebo.

Iam in antiquissima Sibyllinorum parte locus celeberrimus exstat III, 652 sqq.²:

καὶ τότ' ἀπ' ἡρλίου θεὸς πέμψει βασιλῆα,
ὅς πάσαν γαῖαν πάντας πολέμοιο κακοῖο,
τοὺς μὲν ἄρα κτείνας, τοῖς δὲ ὅρκια πιστὰ τελέσσας.
οὐδέ τι τοῖς ιδίαις βουλαῖς τάδε πάντα ποιήσει,
ἄλλα δὲ θεοῦ μεγάλοιο πιθήσας δόγμασιν ἐσθλοῖς.
ναὸς δὲ αὐτοῦ μεγάλοιο θεοῦ περικαλλές πλούτῳ

¹ Cfr praecipue SCHÜLER, II, pp. 417 sqq.; VERNES, Histoire des idées messianiques; BALDENSPERGER, l. c.

² Cfr BAPT, De or. Sib. a Iud. comp. pp. 49 sqq., LÜCKE, I, pp. 74 sq., HILOKENFELD, pp. 76 sqq., EWALD, pp. 39 sq., SCHÜLER, II, pp. 428 sq.

βεβούθως. γρυπῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἡδὲ τε κόσμῳ πορρυρέῳ· καὶ ταῖς τελεσφόροις ἡδὲ θάλασσαι τῶν ἀγαθῶν πληγμοῖς.

Haec ad Messiam spectare a plerisque viris doctis existimantur neque, ut videtur, de alio rege accipi possunt¹. Mentione autem dignissima sunt, quippe quae clare ostendant, homines Iudeos illo tempore adventum Messiae regis vulgo speravisse, quod a nonnullis viris doctis addubitatum est².

Messiam illum ἄπ' ἵελιον deus mittet. Quod quidem duobus modis intelligi potest. ALEXANDRE³ ad h. l. interpretatur "ab Oriente"; confert Tac. hist. V, 13, locum illum notissimum: "pluribus persuasio inerat antiquis sacerdotum litteris contineri, eo ipso tempore fore ut valesceret Oriens profectique Iudea rerum poterentur"⁴. At GFRÖERER⁴ contendit, verba ἄπ' ἵελιον nihil aliud significare quam ἄπ' ὥρανον vel ἄπὸ θεοῦ. Et legimus quidem III, 286 sq.:

καὶ τότε δὴ θεὸς οὐρανόθεν πέμψει βασιλέα
χρίνεται ἄνδρα ἔκαστον ἐν αἷματι καὶ πυρὸς αὐγῇ⁵.

quem tamen locum, ut infra videbimus, non ad Messiam referendum esse multis viris doctis placet. Mihi quidem duae interpretationes defendi posse videntur, quum sententiis Sibyllistarum minime repugnant. Sed ad GFRÖERERI opinionem magis propensus sum, primum propter locum cit. III, 286, quem eadem fere designare existimo, deinde quod amborum locorum sententia ex Danielis VII, 13 sq. sumpta

¹ Solus, quantum quidem scio, H. HOLTZMANN (Judenth. u. Christenb. im Zeitalter der apocryph. u. neutestamentl. Lit., p. 199) hunc locum ad Simonem Machabaenum retulit.

² H. HOLTZMANN, l. c. pp. 198 sqq. Cfr SCHÜRK II, pp. 424 sqq.

³ Cfr Sueton. Vespas. 4, Joseph. B. I. VI, 5, 4. — Sic etiam FRIEDEMIR, DELAUNAY; Cfr HILGENFELD, l. c. p. 76. Sed ALEXANDRE ipse (II, 2 p. 474, ed. secund. p. 123) ad alteram sententiam transgressus est.

⁴ Philo II, p. 156.

⁵ Cfr V, 414.

mihi videtur¹: iδος μετὰ τῶν νεψελῶν τοῦ οὐρανοῦ, ὡς τὸς αὐτῆρωπος ἐργόμενος καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ βασιλεία, καὶ πάντες οἱ λαοί, φυλαὶ, καὶ γῆῶναι αὐτῷ δοολεῖσσουσιν. Adde quod in his oraculis ubique futurum dei regnum non humanis modis venturum esse praedicitur, sed more apocalypticō audacissimis et rerum naturam spernentibus verbis depingitur.

Sub illo rege divinitus misso populus Iudeorum, immo totus orbis terrarum felicitate et pace fruetur. Sed notandum est, poētam post Messiae regnum descriptum statim bellum commemorare, quod gentiles nationes cum Iudeis gesturas esse vaticinatur, vv. 660 sqq.:

καὶ ἄρξονται βασιλεῖς
ἀλλήλοις κατέστιν ἐπαυρίσοντες κακὰ θυμῷ.
ὁ τεθόνος οὐκ ἀγαθὸν πάλεται δειλοῖσι βροτοῖσιν.
ἀλλὰ πάλιν βασιλεῖς ἐθνῶν ἐπὶ τῆρες γε γαῖαν
ἄθροισι ὀρμήσονται ἔκυτοις κῆρα φέροντες·
στροφὸν τὰρ μεγάλοισι θεοῖς καὶ φύτας ἀρίστοις
πορίσειν βοολγήσονται. δηπτηίκα γαῖαν ἴκουνται,
θήσονται κίνηλφ πόλεως μιαροὶ βασιλεῖς
τὴν θρόνον αὐτοῖς ἔκαστος ἔχων καὶ λαὸν ἀπειθῇ².

Deus autem Messiae hostes omnes iudicio facto occidet:

πάντες ὄλονται
γειρός ὅπ' ἀθανάτοιο.

Quo facto deus totam terram maximis calamitatibus vexabit, quae verbis ex libro Ezechielis (XXXVIII, 20 sqq.) sumptis fuse narrantur (vv. 672 sqq.). Tum omnes deum agnoscent (vv. 693 sqq.):

¹ Hoc quidem de III, 286 sqq. negat P. DE LAGARDE (Gött. gelehrt. Anz. 1891 pp. 512 sqq.). Evidem de nostro loco potius dubitandum esse consoe.

² Cfr. Hierem. I, 15 sqq. Ad hunc locum VAN HERWERDEN, Memos. 1891 pp. 300 sq. has conjecturas proposuit: v. 661 (dubitans) ἐπαυρίσοντες vel ἐπαυρίζοντες pro ἐπαυρόντες, v. 666 δὲ αἰταὶ pro γαῖαν, v. 668 ἀπειθῇ pro απειθῇ.

καὶ τότε γνώσονται θεὸν ἄμβροτον, ὃς τόδε κραίνει·
οἰμωγή δ', ἀλαχαγμής ὄμοις κατ' ἀπείρονα γαῖαν
ἔσσεται ὀλλομένων ἀνδρῶν· καὶ πάντες ἀναγνοῦ·
αἴραται λούσονται· πιεται δὲ τε γαῖα καὶ κύτη,
αἷματος ὀλλομένων, κορέσονται θυγρία σαρκῶν.

Deinde rursus Sibyllista transit ad felicitatem futuram piorum plurimis verbis celebrandam (vv. 702 sqq.), monet Graeciam, ut se dignam praebeat felicitate dei cultoribus promissa, quae iterum atque iterum satis confuse, sed ardentissimis saepe verbis, interdum ex prophetarum libris allatis depingitur.

Ex hoc loco, cuius argumenta brevissime attigi, pri-
mum colligo, iam illius aetatis Iudeis infixam haesisse hanc opinionem, postea tam celebratam, deum aeternum regnum
tum demum esse constituturum, quum hostes infensissimi
et potentissimi, qui Messiae bella intulissent, devicti et profli-
gati essent. Nam cur Sibyllista noster, nisi ita esset, tam
absurde post laetissimam vaticinationem

ὅς πᾶσαν γαῖαν πάντας πολέμοιο κακοῖο,
τοὺς μὲν ἄρα κτείνας, τοῖς δὲ ὄρκια πιετὰ τελέσσας
statim iterum bella et calamitates induxisset?

SCHÜRRER (l. c. II, p. 428), ut videtur, existimat, poëtam
hoc loco dicere voluisse, reges gentiles statim venienti ab
Oriente Messiae bella illatuuros esse. Sed vide, quo modo
illa sententia ex textus verbis evadere possit; confer etiam
vv. 663 sq.:

ἀλλὰ πάλιν βασιλῆς ἐθνῶν ἐπὶ τήγδε γε γαῖαν
ἀθροοῦ ὄρμήσονται.

Deinde observandum censeo, Sibyllistam, quum bello
finito deum omnes impios misere perdidisse narraverit, in
felicitate piorum celebranda nusquam Messiae mentionem
facere. Deus ipse rex iis erit (vv. 702 sqq.):

νέοι δὲ αὐτῷ μεγάλοιο θεοῦ περὶ ναὸν ἀπαντεῖς
ἡσυχίας ζῆσοντ' ἐνθρανύμενοι ἐπὶ τούτοις

οῖς δώσει κτιστής τε δικαιοκρίτης τε μόναρχος.
αὐτὸς γάρ σκεπάσεις μέγας μεγαλωστὶ παραστάς, ο. τ. λ.

Confer vv. 708 sqq., 716 sqq., 755 sqq., (ubi certe eius mentionem desideramus) 767 sqq., 781 sq. (ubi prophetae illorum reges vocantur), 807 sq.

Haec sine dubio sunt quae miremur. Quamquam enim ita explicari possunt, ut rex ille Messias tacite intelligatur, quem dei regnum aeternum (vv. 767 sq. βασιλέων εἰς αἰώνας πάντας ἐπ' ἀνθρώπους) commemoratur¹), tamen non possumus non suspicari, totam hanc Messiae notionem apud Sibyllistam nostrum satis obscuram fuisse, maxime ex libris Iudeorum sacris interdum fortasse male intellectis sumptam. Mihi quidem dei regnum, poena hostium, felicitas Iudeorum futura videntur huic Sibyllistae ante omnia cordi fuisse; in Messia autem opiniones veteres secutus nihil fere de suo addidit.

In vv. 772 sqq., ubi de templo dei agitur, mire sane codices Sibyllini praebent:

πάσης δὲ γαῖς λίθων καὶ δέρμα πρὸς οἴκους
οἰσσούσιν μεγάλου θεοῦ· καὶ ἔτεσται ἄλλος
οἴκος ἐπ' ἀνθρώποις καὶ ἔτεσται πυθέσθαι,
ἄλλ' ὃν ἔδωκε θεὸς πιστοῖς ἀνδρεσσι γεραιρεν·
οὗτον γάρ καλέοντι βροτοι μεγάλου θεοῦ.

Ultimus versus, ut in codicibus legitur, qui si a contextu carminis solveretur ad Messiam referendus esset, hoc loco necessario ad domum dei videtur spectare. Hoc autem concessso nemo, quod ego quidem sciam, eum defendere conatus est nisi DELAUNAY, qui l. c. pp. 270 sqq. hanc interpretationem temptat: Theologiam Philonis Iudei docere ex deo per Verbum omnia emanare, per Verbum et mundum et hominem creatos esse, imaginem autem mundi esse templum dei, sicut populus Israël imago altissima generis humani sit. Verbum autem apud Philonem dei filium vocari; ea quoque quae per Verbum nata sint illo nomine

¹ Ita fere SCHÜRER l. c. II, p. 429.

dignari, ita ut mundus, Israel, templum filii dei appellari possint¹.

Hanc interpretationem vel eam ob rem non veri similem existimo, quod nobis nulla prorsus causa est, cur poëtam nostrum subtili illa philosophia vel theologia, quam praeterea multo postea primus Philo explicavit, imbutum esse putemus. Et nihil in hac oraculorum parte philosophum prodit, neque alio loco tale quidquam exstat.

Accedit quod et Lactantius, apud quem (div. inst. IV, 6, 5) v. 775 allatus invenitur, et pseudo-Augustinus (c. quinque haeres III), qui Lactantium videtur expilavisse, hunc locum ad aliam sententiam flexerunt. Lactantius legit:

Ἄλλον ἔδωκε θεός πιστοῖς ἀγάρεσσι γεραῖρει,

quae verba ad dei filium trahit neque tamen sequentem versum citat. Similiter pseudo-Augustinus l. c.: "audiamus quid etiam Sibylla vates eorum dicat. Alium, inquit, dedit deus fidelibus hominibus colendum". Quaeritur autem, num Lactantius v. 776 legerit. Quod ALEXANDRO (l. c. II, 1, p. 178) veri simile videtur: "vix tamen < Lactantius hunc versum > ita fidenter ad dei filium retulisset, nisi statim legisset οἴδη γάρ ζ. τ. λ. Quare non modo hic versus, sed et sequens, fuerunt illi ob oculos, ambo sic fere scripti, ut in plerisque codicibus Sibyllinis exstant Ἄλλον ἔδωκε θεός — — — οἴδη γάρ" ². Sed contra ea vix dubitari potest, quin patres christiani, si hunc versum tam aperte ipsorum doctrinae faventem legissent, eum saepissime adhibituri fuerint; in primis cur Lactantius eum silentio praeterierit nullam rationem excogitare possumus ³.

Apparet Lactantium v. 775 alium textum, et meo quidem iudicio depravatum, ante oculos habuisse. EWALD

¹ Confert DELAUNAY tractationes Philonis De migratione Abraham, De confusione linguarum, De somniis, De monarchia, De creatione mundi. Cfr praeterea SCHÜERER, l. c. II, pp. 873 sqq.

² De lectione Ἄλλον erravit vir doctissimus. Cfr EKACHII et FRIEDLERNI apparatum criticum.

³ Sie BÄRT, de Or. Sib. a Iud. comp. p. 51 n. 1, qui tamen ALEXANDRI sententiam non recte videtur intellexisse.

autem (l. c. p. 32 n. 1) lectionem Lactantii in hunc locum intrudere vult: "Denn da die Lesart *οἰόν* Z. 776 feststeht, so muss man *ἄλλον* lesen und dieses als Gegensatz zu dem h. Geseze Z. 768 auffassen, die Rede vom Tempel aber mit Z. 774 schliessen; und da der Messias schon kurz vorher Z. 652—656 weiter beschrieben war, so konnte er hier so kurz angedeutet werden." Sed ut saepe in dissertatione sua de oraculis Sibyllinis sic hic quoque vir doctissimus nimis audacter sententias levissimis argumentis fultas proposit; nemini enim persuadebit, verbum *ἄλλον*, nulla conjunctione interposita, contextui carminis satisfacere neque eum pessime turbare. Lectionem autem vulgatam optime textui aptam esse omnibus huius loci lectoribus appareat. Deinde ipsa EWALDI sententia quam abrupte in hunc locum intrusa videtur, ubi nulla Messiae mentio est; nam inter eius mentionem et hunc locum plus quam centum versus intercedunt. Tum quo modo haec legi sanctae (*Ἄγιον νόμον* v. 778) opponantur equidem videre non possum.

Confirmatum igitur videtur lectionem codicum v. 775 servandam esse et hunc versum ad templum dei referendum. Tum v. 776, ut nunc legitur, tolerari non potest: aut ut interpolatus reiiciendus est aut corrigendus. BLEEK, GROERER, HILGENFELD, FRIEDLIES eum spurium ducunt, ALEXANDRE eum servavit pro *οἰόν* legi iubens *ναόν*, quae coniectura a plenisque viris doctis probata est.

At si recte e patrum, praecipue Lactantii silentio concludere licet, eos verbum *οἰόν* v. 776 non legisse, procul dubio affirmari potest, eorum tempore totum hunc versum hoc loco non occuruisse; si enim *ναόν* lectionem ingenuam existimamus, non tamen credibile est, Lactantium hos versus tam absurde coniunctos legisse:

ἄλλον ἔδωκε θεὸς πιστοῖς ἄνδρεσσοι γεραιρέτῳ.
ναὸν γὰρ καλέουσι βροτοὶ μεγάλου θεοῦ.

Neque, si eos sic legisset, de filio dei cogitare potuisset.

Unde credo, v. 776 ab auctore quodam Christiano interpolatum esse, fortasse ut sententiam Lactantii ipsius Si-

byllae verbis probaret. Adde quod versus ab ALEXANDRO correctus in carminis contextu prorsus supervacaneus videtur.

Transeamus nunc ad alium locum, cuius sententia ambigi potest, vv. 286 sqq.:

καὶ τότε δὴ θεὸς οὐρανόθεν πέμψει βασιλήα
κρίνεν ἄνδρα ἔκκαστον ἐν αἰματὶ καὶ πυρὸς αὐγῇ.
ἔστι δὲ τις φυλὴ βασιλήως, ἡς γένος ἔσται
ἀπταιστον· καὶ τοῦτο χρόνοις περιτελλομένοις
ἄρξει καὶ καὶνὸν σῆκὸν θεοῦ ἄρξεται ἐγείρεται.

Haec ad Cyrus regem plurimi viri docti traxerunt: sic BLEEK, LÜCKE, ALEXANDRE, FRIEDLIEB, REUSS, VOLKMAR¹, BAUD, SCHÜRKER, alii. Contra ea EWALD, HILGENFELD², DELAUNAY (l. c. pp. 259 sq., 349) Messiam intellexerunt.

Hic locus antiquissimorum Sibyllinorum pars esse vulgo existimatur. Ante hanc vaticinationem poëta Iudeorum historiam breviter narravit (vv. 248 sqq.) inde a temporibus Mosis usque ad transmigrationem illam Babylonis, in qua depingenda diu moratur. Tum verbis supra citatis regem divinitus missum venturum esse canit et statim deinde pergit (vv. 291 sqq.):

καὶ πάντες Περσῶν βασιλεῖς ἐπικουρήσονται
χαλκόν τε χρυσόν τε πολύκηρυτόν τε σιδηρὸν.
μότος γάρ δώσει θεὸς ἔννυνον ἀγνὸν δύνατον.
καὶ τότε δὴ ναὸς πάλιν ἔσσεται, ὡς πάρος τὸν.

Quae verba ad narrationem, quae in libro Esrae I, 4, 47 sqq.; 3, 3 sqq. exstat, videntur pertinere. Hic autem oraculum abrumpitur; quae sequuntur hic non referenda sunt.

His expositis facile in opinionem adducimur, poëtam

¹ Handb. der Einleit. in die Apocryph. II, p. 396.

² HILGENFELD postea ad alteram sententiam transiit. Cfr Zeitschr. f. wissenschaftl. Theol., 1871, p. 96. Cfr etiam VERNES, histoire des idées messianiques, pp. 58 sq.

neminem alium quam Cyrum liberatorem illum Iudeorum hoc loco designasse. Neque aliter viris doctis visum esset, nisi ipsa verba, quibus rex ille describitur, suspicionem movissent, haec non de rege quodam gentili, licet clarissimo et Iudeorum populo dilectissimo¹, sed solum de Messia dici potuisse. Quomodo enim Cyro iudicium omnium hominum (*κρίνειν* NAUCK, RZACH (*κρίνει οὐ ΦΨ*, κρίνει οὐ ALEXANDRE) ἄνδρα ἐκποντού ἐν αἴματι καὶ πορὸς αὐγῇ) tribui potuit?² Et quomodo ad eum pertinere potuit vaticinatio, quae proximis versibus expressa est, vv. 282 sq.:

ἀλλὰ μένει σ' ἀγαθοῖο τέλος καὶ δόξα μαρτυρίη,
ῶς τοι ἐπέκρανεν θεὸς ἀμβροτος³.

Haec sine dubio digna sunt quae considerentur. Atque si hoc vaticinium de rege a caelo misso e contextu carminis solutum esset, omnes credo id ad Messiam relativos fuisse. Nunc autem quoniam post captivitatis Babylonicae, ante Persarum regni mentionem occurrit, difficile videtur id a sententiarum ordine divellere.

Quod tamen audet DELAUNAY, qui l. c. pp. 259 sq. sic locum explicat: "Le sibylliste, s'adressant d'abord au peuple juif captif, lui recommande la confiance en Dieu et lui rappelle qu'un jour viendra où le Seigneur lui enverra du ciel un roi qui jugera tous les hommes — — — — . Après cette promesse, à la réalisation de laquelle il n'assigne pas de date précise, le sibylliste, reprenant la suite des événements, nous montre Esdras relevant le temple et les rois des Perses y envoyant des présents." Favet, ut videtur, huic sententiae loci supra examinati versus similimus, v. 652:

καὶ τότε ἀπ' ἡσλίοιο θεὸς πέμψει βασιλή.

Mihi vero partem oraculi proximam, quae captivitatem Babyloniam tractat, legenti suspicio in mentem venit, poë-

¹ Cfr Essiae XLIV, 28; XLV, 1 sqq.

² Cfr GRUPPE, Griech. Culte u. Mythen I, p. 690.

³ Vide ad h. l. REACHII annotationes criticas.

tam, quum pristinam calamitatem narraret, ad sua ipsius tempora tacite spectavisse, sicut saepe Iudeos auctores aetatem suam per eius modi ambages designasse constat¹. Nam quae de dispersione Iudeorum Sibyllista praedicat optime ad illud tempus quadrant, v. 271:

πᾶσα δὲ γαῖα σέθεν πλήρης καὶ πᾶσα θάλασσα.

Atque vaticinationem v. 282 ad fortunam sane modicam, qua sub Cyro rege Iudei fruebantur, referri vix posse iam supra monitum est. Et quae deinde poëta populo suo monet, vv. 283 sqq.:

ἀλλὰ σὸν μίμνε

πιστόντων μεγάλοιο θεοῦ ἀγνοῖσι νόμοισιν,
ὅππότε σείσ καμὸν ὄρθὸν γόνῳ πρὸς φάος ἅρῃ

eum etiam ad aequales suos respexisse videntur probare.

Si igitur coniicere licet, Sibyllistam duas aetas calamitosas hoc loco confudisse, credibile est, eum liberatorem illum et restitutorem Iudeorum, cladibus eorum finem impositurum, ad imaginem Cyri sibi repraesentasse. Hoc denique de loco nostro observandum est, aeternitatem non ipsi Messiae (si quidem Messias intelligendus est), sed generi eius regali tribui:

ἔστι δέ τις φολὴ βασιλῆιος, ἡς γένος ἔσται
ἄπταιστον· καὶ τοῦτο χρόνοις περιτελλομένοισιν
ἀρέστι.

Eam autem antiquissimam de his rebus Iudeorum opinionem fuisse constat².

Haec fere de Messia in Sibyllinorum antiquissimis partibus reperiuntur. Restat in tertio libro unus locus, quem, quamquam locis supra memoratis recentiorem, tamen ante

¹ Exempla clarissima praebent apocalypsis Baruch et liber quartus Esrae.

² Cfr. SCHÜRER, II, p. 444.

christianismi originem extitisse veri simile est¹, vv.
46 sqq.:

αὐτὰρ ἔπειτα Ρώμη καὶ Αἰγύπτου βασιλεύει
εἰς ἣν δ' ιθανεῖ, τότε δὴ² βασιλεία μεγίστη
ἀθανάτου βασιλήος ἐπ' ἀνθρώποις φανεῖται.
ῆξει δ' ἄγνος ἄνακτη πάσῃς γῆς σκῆπτρα κρατήσων
εἰς αἰώνας ἀπαντας ἐπειγομένοιο χρόνοιο.

Iudicium dei cum adventu Messiae coniungitur, vv.
55 sqq.:

οἱ μοι, δειλαίη, πότι³ ἐλεύσεται ἦμαρ ἐκεῖνο
καὶ κρίσις ἀθανάτου θεοῦ μεγάλου βασιλήος;
ἄρτι δέ τοι κτίζεσθε πόλεις κοσμεῖσθε τε πᾶσαι
ναοῖς καὶ σταδίοις ἀγοραῖς ξοάνοισι τε χρυσοῖς
ἀργυρέοις λιθίνοις τε, ἵν' ἔλθητ' ἐς πικρὸν ἦμαρ.
ῆξει γάρ, ὅπότι⁴ ἀν θείου διαβήσεται δῆμη
πᾶσιν ἣν ἀνθρώποισιν⁵.

Messiae notionem iam magis fixam et constitutam videmus. Observandum est epitheton illud ἄγνος, quod po-

¹ De huinc loci aetate vide SCHÜREK, l. c. II pp. 800 sq., eni in hac re assentior.

² Sic recte, ut mihi videtur, BURKSCH, Philol. 1892, p. 427.

³ BLEEK et LÜCKE, quibus assentitur SCHÜREK, l. c. II, p. 801, verba ἤξει τάρι⁶ cum verbo Βάλιαρ v. 63 coniunxerunt, uncis verba (vv. 61—63) ἀτάρ τὰ ἔνακτ' ἀγοράνοι — — — ἐκ δὲ Σεβαστηνῶν ἤξει incedentes. Quod minime veri simile puto. Nam nulla causa excoegerari potest, cur interpolator quidam verba ab illis suspecta in textum intraserit. Deinde observandum est, verbum θείον vulgo in iudicii descriptione usurpari, cfr Ioann. Apocal. XIV, 10, 11 (et passim) Or. Sib. III, 691, VIII, 243, (VII, 142); aliter quidem iudicat LÜCKE, l. c. p. 80 n. 1. Rectius ALEXANDER, FRIEDLIES, RZACH lacunam post v. 62 constitutere videntur, quam etiam testantur codd. P et A, unde CASTALIO librum tertium hic incipere putavit. Cfr nuperrime BURESH, Philol. 1892 pp. 423 sqq. Vv. 63 sqq. vix eiusdem aetatis esse arbitror, cfr BÄDT, de Or. Sib. a Ind. comp. pp. 54 sqq. Quae vv. 75 sqq. de mulieris imperio narrantur non necessario ad Cleopatram spectant, cfr Ioann. Apoc. XVII, 3 sqq., Or. Sib. VIII, 199 sq., ALEXANDER, II, 2, pp. 516 sqq. De vestigis novi testamenti, quae in hac parte videntur, cfr RZACH editionem.

stea in oraculis nostris redit VIII, 169 (cfr XIV, 360). Et disertis verbis ipsi aeternitas tribuitur. Praeterea sententia huius loci clara est, neque, ut videtur, ambigi potest.

Expositis igitur antiquissimorum Sibyllistarum de Messia et de regno dei opinionibus transeo ad partes Sibyllinarum recentiores, post Christum natum, ut videtur, conscriptas, quarum sententiae saepe christianismum attingunt, sive faventes sive impugnantes. Haec tamen cavens, ne ad theologiam christianam proprius accedam, ita tractare in animo habeo, ut dogmata christianismo consentientia plenrumque praeteream, ea autem inspiciam, quae Sibyllinorum propria videantur.

Iam primum sicut in Messiae persona Iudei et Christiani antiquissimi (qui solum in ea re a Iudeis dissentiebant, quod Iesum futurum illum Messiam esse putabant) spes suas prosperitatis futurae in dies magis ponebant, ita hostibus eius unum virum eximium praefuturum credebant, inimicum Messiae infensissimum, quo tandem devicto aeternum dei regnum constitutum iri. De Antichristi notione celeberrima vide ALEXANDRE, l. c. II, 2 pp. 490 sqq., RESAN, l'Antechrist, praecipue pp. 380 sqq. In Sibyllinis multa de illo occurrunt, quae mentione digna videntur.

In Or. Sib. III, 63 sqq. poëta narrat, eum ἐν Σεβαστηνῷ venturum esse, id est ex urbe Samaria¹ (cfr SCHERER, l. c. II, 108 sqq.). Nomen ei inditur antiquum hebraicum Beliar². Praeterea ita fere describitur ut pseudoprophetæ passim in novo testamento depinguntur³. Deum autem eum incendio perditur poëta vaticinatur, vv. 71 sqq.:

ἀλλ' ὅπότ' ἂν μεγάλοιο θεοῦ πελάστωσιν ἀπειλοῖ,
καὶ δύναμις φλογέσσα δὲ σόδρατος ἐσ γαίαν ἔχει,

¹ Mitto eorum sententiam, qui ἐν Σεβαστηνῷ significare putant "ex Augustis" (*Σεβαστοῖς*) sive imperatoribus Romanis, quae opinio sane absurda videtur.

² De hoc nomine vide ALEXANDRE, l. c.

³ Matth. XXIV, 24, Marc. XIII, 22. Cfr Ioann. Apoc. XIII, 14.

καὶ Βελιαρ φλέξει¹ καὶ ὑπερφίαλοις ἀνθρώπους
πάντας, δοι τούτῳ πίστιν ἐνεποιήσαντο.

Quo facto mundum imperio mulieris subactum iri (vv. 75 sqq.), et tum demum finem mundi et iudicium dei instare (vv. 80 sqq.).

Ad eundem Antichristum, licet impropre eum sic vocemus, ubi non Messiae mentio fiat, pertinet locus ille quarti libri, vv. 117 sqq., 137 sqq. Hic claris verbis celeberrimam de Nerone redivivo opinionem² expressam videmus, quem Iudaei cum Beliale suo videntur confusisse, praesertim autem Christiani flagrantissimo odio summo iure habuerunt. Quum poëta eum ab Italia in Parthorum terram fugisse³ narravit (vv. 117 sqq.), reditum eius in tempora calamitosa praedicit (vv. 137 sqq.):

ἐς δὲ δύσιν τότε νεῖκος ἄγειρόμενον (νεικός = μένου) πολέμοιο,
ἥξει καὶ Ρώμης ὁ φογάς, μέγα ἔγχος ἀσίρας,
Εὐφράτην διαβάς πολλαῖς ἀμα μυριάδεσσιν.

In quinto libro, qui in multis rebus inter oracula nostra singularem locum obtinet, plurimae insunt de Nerone-Antichristo, alias nusquam tam fuse descripto vaticinationes, ita ut dici possit, hostem illum metuendum Sibyllistae animo magis obversatum esse quam ipsum Messiam, quem tamen interdum videtur respicere. Sed tam obscura saepissime sunt vaticinia, ut sententiam eorum vix eruere possi-

¹ Non possum intelligere conjecturam, quam ad h. l. proposuit VAN HERWERDEN, Mnemosyne 1891, p. 357: v. 73 pro φλέξει καὶ legit καταράξει: vel φλέξτι καθ', quod mihi videtur sensum turbare.

² De Nerone-Antichristo Sibyllinorum cfr ARNOLD, die neronische Christenverfolgung (Leipz. 1888), pp. 77 sqq. — De Nerone redivivo cfr etiam Tac. Hist. I, 2; II, 8; Sueton. Ner. 57; Dio Cass. LXIV, 9; August. Civ. Dei XX, 19, 2. — De Nerone matricida cfr oraculum pseudosibyllinum, apud Dion. Cass. LXII, 18 servatum:

"Ἐσχατος Λινεαδῶν μητροκτόνος ἤγειρονται."

³ Cfr RENAN, l'Antechrist, pp. 317 sqq.

mus¹. Accedit, quod textus saepe corruptissimus est neque certe intelligi potest. Sed loci praecipue memorabiles sunt recensendi.

Vv. 28 sqq. Nero hoc modo describitur:

πεντήκοντα δ' ὁ τις κεραίην λάχε, κοίρανος ἔσται,
δεινὸς δρις φυσῶν πόλεμον βαρύν, ὃς ποτε χείρας
ἥς γενεῆς² ταῦτας ὀλέσει καὶ πάντα ταράξει
ἀθλέων ἐλάσιν κτείνων καὶ μορία τολμῶν·
καὶ τριήσει τὸ δικυρον ὅρος λιθρῷ τε παλάξει³.
ἄλλ' ἔσται καὶ ἀιστος ὁ λοιγιος· εἰτ' ἀνακάμψει
ἰσάζων θεῷ αὐτόν· ἐλέγχει δ' οὗ μιν ἔσοντα⁴.

Venio nunc ad locum propter textus corruptionem obscurissimum, quem ad Neronem-Antichristum spectare arbitror, vv. 93 sqq.:

ἥσει γὰρ Πέρσης ἐπὶ σὸν νάπος ὡς τε χάλαζα⁵
καὶ γῆν πάσαν ὀλεῖ ἄμα τ' ἀνθρώπους κακοτέχνους
αἴματι καὶ νεκρεσσι: — — — ιεροῖς παρὰ βωμοῖς
βαρβαρόφρων αὐτεναρδὸς πολυκάμπατος ἄφρονα λιοσσόν.
παμπληθεὶ φαμαληδὸν ἐπαταγίζων ἐς ὀλεθρον.
καὶ τότ' ἔσῃ, πόλεων πολύολβος, πολλὰ καροῦσα.
κλαίνεσται Ἀσίς ὅλη διώρων χάριν, οἵς ἀπὸ αστο
στεφανένη κεφαλὴν ἐχάρη, πίπτουσ' ἐπὶ γαῖης.
αὐτὸς δ' ὡς Περσῶν ἔλαχεν γαῖαν πολεμίζει

¹ De hoc libro cfr HILDEBRANDT, Das Römische Antichristenthum zur Zeit der Offenbarung Johannis und des fünften Sibyllinischen Buches (Zeitschr. f. wissensch. Theol. XVII (1874), pp. 57 sqq.).

² Verba incerta sunt, sed ad matricidium Neronis videntur spectare.

³ Textus corruptus. BURESH (Rhein. Mus. 1892, pp. 353 sq.) legit τὸ δικυρον (sic Φ) δέωρ (sic ΦΨ) ἄρθρον τε πατάξει (ἄρθρῳ Ψ, ὁδῷ Φ τε πατάξει ΦΨ).

⁴ Verba corrupta videntur. MENDELSSOHN (Philog. 1890, p. 253) coniecit ἥλεὸν ὄντα vel ἥλεὸν ἔσοντα coll. XII, 86. Evidenter suspicor σόδιν ὄντα. Ad hunc locum vide praeterea RZACHII annotationes criticas et MENDELSSOHN, l. c. n. 9.

⁵ Deest hic versus in codd. Sibyll., servatus est in Excerpto Parisino, de quo vide RZACHII annot. crit. Pro νάπος fortasse cum ALEXANDRO δάκος (= δάκτεδον) scribendum.

κτείνας τ' ἄνδρα ἔκαστον ὅλον βίον ἔξαλαπάζει,
ῶς τα μέναν μοῖραν τριτάτην δειλοῖσι βροτοῖσιν.
αὐτὸς δ' ἐκ δυσμῶν ἐσπτήσεται ἀλματὶ κόσφῳ
σύμπασαν γαῖαν πολιορκῶν καὶ κατεργμῶν.
ἀλλ' οὗτος ἂν ὑφος ἔχῃ πρατερὸν καὶ τάρβος ἀγρέσες,
ἥξει καὶ μακάρων ἐθέλων πόλιν ἔξαλαπάζαι.
καὶ κέν τις θεόθεν βασιλεὺς πεμψθείς ἐπὶ τοῦτον
πάντας δλεῖ βασιλεῖς μεγάλους καὶ φῶτας ἀριστούς.
εἰδὲν οὕτως κρίσις ἔσται ὥπ' ἀρθίτου ἀνθρώποισιν!.

Antichristus ille, qui initio vaticinii Πέρσης vocatur, quod ex Persia (cfr Or. Sib. IV, 124 ἀποδρήσαντος ὑπὲρ Παρθηΐδα γαῖαν, v. 139 ἦξει — — — Εὔφρητην διαβάσας) venturus esset, Persarum vel Parthorum auxiliis adiutus (huc etiam spectat v. 101 Πέρσῶν ἔλαχσν γαῖαν³), Romae bello illato ibique multa caede facta ex Occidente in Orientem pergit, totum orbem terrarum, postremo vero Hierosolyma quoque dominurus, tum autem a Messia (satis infinite designato v. 108 τις θεόθεν βασιλεὺς πεμψθείς) devincetur; quo facto statim iudicium dei erit.

Haec mihi videtur sententia poëtae fuisse, quamquam vv. 99 sq. interpretari non possum, ubi Asiam humi prostratam lacrimaturam esse vaticinatur propter dona, quibus a Roma acceptis ut coronis gaudens caput suum redimierit.

ALEXANDRI autem (l. c. II, 1, p. 203) propter hos versus priorem vaticinii partem ad Aegyptum referri arbitra-

³ De plurimis huius loci scripturis variantibus vide EZACHII annot. crit. Addenda sunt: v. 97 BURESH (Rhein. Mus. 1892, p. 344) coniecit ἵπποις αὖν ὅλεθρον, v. 98 MENDELSSOHN, Philol. 1890, p. 254 καὶ τότε⁴ Λαζ., πολέοιβι πόλι, πάρπολλα καροῖσα, v. 99 ALEXANDRI, BURESH χάρων, ὁν, v. 101 VAN HERWEDEN, Mnemos. 1891, p. 362 cum codd. legit δε pro ὁν, v. 106 idem Πέρσος pro τάρβος.

⁴ Cfr interpretationem, quae Excerptum Parisinum sequitur: Ιδού τις αὐτὴν (l. c. Romam) τὸν Πέρσην λέγει ἔρχεσθαι σὸν τῷ ἀντιχριστῷ — — — καὶ μετὰ τὸ ἀποστρέψαι τὸν Πέρσην ὃπλα δυσμῶν καὶ ἔρχεσθαι εἰς τὴν ἄγραν πόλιν σὸν τῷ ἀντιχριστῷ καὶ μετὰ τὸ πάσαν τὴν ἴρημασθαι κάκει καταργεῖσθαι ὅπλα τῆς παρουσίας τοῦ καρίσιοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

tur, conferens etiam versus locum nostrum praecedentes¹. Addi potest, vaticinio finito statim Aegypti mentionem fieri vv. 111 sqq.². Confert ALEXANDRE etiam similem regis crudelis effigiem Or. Sib. III, 388 sqq. Quam tamen huic non referendam esse censeo, nam ex illo loco omnium obscurissimo tantum certe apparet, regem ibi descriptum neque Neronem neque Antichristum esse³. Atqui ALEXANDRE ipse ad h. l. de Nerone cogitat.

FRIEDLIEB (l. c. Einleit. p. XLIII) in hoc loco interpretando videtur magnopere erravisse: totum vaticinium ad Aegyptum refert, ubi regem a Deo missum multam caudem facturum esse et urbem beatorum vastaturum poëtam praedixisse arbitratur. Hanc sententiam, perversiorem quam ut eam refutare opus esset, sine dubio propter v. 101 (ed. FRIEDL., praeterea corrupte traditum), quem in falsum locum inculatum esse iam ALEXANDRE vidit⁴.

Mihi vero, si in re obscurissima aliquid pro certo affirmare licet, apparet, poëtam in fine vaticinii (vv. 108 sqq.) de ultimis mundi rebus egisse⁵, quod probat vaticinii clausula v. 110:

εἰδὴ οὐτοὶς κρίσις ἔσται ὅπ' ἀρθίτος ἀνθρώποισιν⁶.

Et regem a deo missum neminem nisi Messiam designare constans Sibyllinorum dicendi genus docet. Tum autem quis ille rex βαρβαρόφρων οὐτεναρὸς πολυαιμάτος ἄρρων λέγεται esset nisi Belial sive Antichristus, quem in libro nostro Sibyllista saepius sub Neronis imagine designat? Hic enim (cfr IV, 139) ab Oriente Romam ad pristinum imperium

¹ Sed textus hic abruptus est, ut ipse in editione sua designat.

² Cfr etiam codicum Sibyllinorum scripturam v. 101.

³ Vide SCHÜRER, l. c. II, p. 798: ita locus vulgo intelligitur. Alter quidem ALEXANDRE (l. c. II, 2, pp. 366 sqq.), qui locum fuse tractat.

⁴ Cfr RZACHII annot. crit.

⁵ Similiter fere BAUD, de Or. Sib. a Iud. comp. pp. 68 sq.

⁶ Sententia similis ex altera quoque loci lectione evadit.

vastaturus redit, unde¹ postea profectus totam terram crudelissime vexet.

Ad hunc locum illustrandum utile erit Commodiani de ultimis rebus doctrinam, qualis in carmine eius apologetico exstat, in examen vocare. Quae haec fere est.

Nero, qui mirum-in modum Cyri nomine designatur, sub finem saeculi "ex infero" redibit et Roma iterum potitus crudelissime saeviet (C. A. vv. 825 sqq. DOMBART), populo Christiano ex urbe pulso maximam ubique caedem faciet.

Haec Nero tunc faciet, triennii tempore toto
et anno dimidio statuta tempora complet.

(vv. 885 sq.)²

Sed tum rex quidam ("homo de Persida" v. 932) ex Oriente profectus ad Romam oppugnandam veniet (vv. 891 sqq.), Nerone, qui duos sibi Caesares adiunxit, devicto, tres illos Caesares "mactatos volucribus in escam donabit", et totam urbem funditus evertet. Deinde victor in terram Iudeam perget (vv. 927 sqq.), populum falsis signis et omni fraude decipiens. Tum denique deus imperio eius finem imponet (vv. 941 sqq.), contra eum producens "populum celatum tempore multo", decem Iudeorum tribus, usque ad mundi finem "trans Persida" ad hoc servatas.

De illo rege orientali Commodianus vv. 932 sqq.:

De Persida homo immortalem esse se dicit.

Nobis Nero factus Antichristus, ille Iudeis;
isti duo semper prophetae sunt in ultima fine.

Urbis perditio Nero est, hic terrae totius.

Hanc Commodiani de duobus Antichristis opinionem ideo exposui, quod lumen Sibyllinis videtur affundere. Commodianum enim, si non ex oraculis nostris hausisse, tamen eius modi scripta apocalyptică ante oculos habuisse, quum carmen suum apologeticum, ipsum quidem apocalypticum,

¹ Cfr V, 104 ἵνα δοξάνει et interpretationem, quae in Excerpto Parisino exstat.

² Cfr Ioann. Apocal. XI, 2, 11.

scripserit, veri simile est. Et homo ille Commodiani "de Persida" fortasse idem est ac Πέρσης (Or. Sib. V, 93), δε Περσῶν ἔλαχεν γαῖαν (v. 101). Duos Antichristos etiam confuse quidem designat interpretatio supra citata Excerpti Parisini, ubi ὁ Πέρσης et ὁ ἀντίχριστος simul occurunt.

Similem de Nerone-Antichristo doctrinam, confusam illam quidem, ut saepe in nostro libro, vv. 137 sqq. invenio. Ubi poëta v. 138 eum ἀπ' Ἰταλίης profectum celeberrimam illam in oraculis nostris perffessionem Isthmi olim frusta temptatam¹ perfecturum canit et vv. 143 sq. pergit:

φύεσται ἐκ Βαβυλωνος ἄναξ φοβερὸς καὶ ἀναιδῆς,
ἢ πάντες στυγέουσι βροτοὶ καὶ φῶτες² ἀριστοι.

Babylonem hoc loco sicut alias Romam significare veri simile est³. Quod non notandum erat, nisi HILDEBRANDT (Zeitschr. f. wissenschaftl. Theol. 1874, p. 94) sua de nostri libri Antichristo sententia adductus veram Babylonem intellexisset, quae sedes Antichristi esset, unde ad ultimum mundi bellum proficiseretur. Sed hanc sententiam refutant verba sequentia, quae ad Neronom imperatorem Romanum necessario pertinent, vv. 145 sq.:

ἄλεσε γὰρ πολλοὺς καὶ γαστέρι χείρας ἐφήκεν,
εἰς ἀλόγους ἥμαρτος καὶ ἐκ μικρῶν ἐτέτοκτο.

Deinde de Nerone poëta vaticinatur vv. 147 sqq.:

ἡξει δὲ ἐς Μήδων καὶ Περσῶν παμβασιλῆς⁴,
πρώτους οὓς ἐπόθησε καὶ οἵς αλέος ἐγκατέθηκεν
φοιλάσσων μετὰ τῶνδες ικανον⁵ εἰς ἕθνος ἀγρές·
καὶ ναὸν Θεότευκτον ἔλεν καὶ ἔφλεξε πολίτας
λαοὺς τ' εἰσανιόντας, ὅσους ὅμηρος δικαίως·

¹ Cfr RENAN, l'Antechrist p. 278 n. 1.

² vel potius πάντες, ut codd. habent.

³ Vide praecepue apocalypsin Ioannis; cfr Petr. I, 5, 13; Or. Sib. V, 159. Cfr Lactant. div. inst. VII, 15, 18.

⁴ Haec incerta RZACHII conjectura; vide annot. crit.

⁵ BURESH (Neue Jahrb. f. Philol. 1892, p. 274) conjecturans minus veri similem proposuit τῶν Κάρων. Praeterea quaeri potest, quid significet ἕθνος ἀγρές: utrum Romanos (sic ALEXANDRE) an Iudeos.

τούτου γὰρ προφανέντος ὅλη κτίσις ἔξετνάχθη
καὶ βασιλής ὅλοντο¹, καὶ ἐν τοῖσιν μένεν ἀρχῇ,
ἔξαλεσσαν² μεγάλην τε πόλιν λαὸν τα δίκαιαν.

Ultimi versus vix sani videntur totusque locus maxime confusus est. Hanc autem sententiam eius esse arbitror, Neronem-Antichristum, Medorum et Persarum auxiliis adiutum templum caeleste et populum iustum deleturum esse et orbi terrarum per tres annos³ imperaturum: deinde ipsum dei ira interiturum, quod obscurissime quidem significare videntur vv. 155 sqq.

Sequitur deinde in Romam declamatio: gaudet poëta, illam urbem quondam superbissimam propter crimina maxima crudelissimas poenas daturum esse, vv. 172 sqq.:

οὐκ ἔγνως, τί θεὸς δύναται, τί δὲ μηγανάται;
ἄλλ' ἔλεγες, μόνη εἰμί, καὶ οὐδεὶς μ' ἔξαλαπάξει.
νῦν δέ τις καὶ σοὺς πάντας ὄλει θεὸς αἰτεῖ οὐπάρχων,
κούκις ἔτι σοὶ σῆματον ἔπ' ἔσσεται ἐν χθονὶ καίνῃ.

Observandum videtur, Commodianum, quum Neronis et Romae exitium narravisset, similia fere in Romam declamasse, fortasse ad exemplum oraculi nostri, C. A. vv. 917 sqq.:

Novissime nudam adigunt (sc. hostes) incendio facto,
ut neque vestigium eius appareat ultra.

Haec quidem gaudebat, sed tota terra gemebat;
vix tamen advenit illi retributio digna.

Luget in aeternum, quae se iactabat aeterna.

Redit Neronis-Antichristi commemoratio vv. 214 sqq.⁴
In huius vaticinii fine locus occurrit obscurissimus, nondum,

¹ BURESCHE, l. c. p. 274 coniecit (Βασιλεὺς) ὥροντο.

² BURESCHE, l. c. legit ἡν δέ δέ δέσσαν.

³ Ad hanc temporum computationem cfr Ioann. Apoc. XI, 2, 11, Commod. C. A. vv. 885 sqq.

⁴ De vv. 214 sqq. confer BURESCHE (Neue Jahrb. f. Philol. 1892, pp. 281 sq.).

ut videtur, intellectus, quem alii interpretes aliter explicaverunt, ad Antichristum tamen aperte pertinens, vv. 222 sqq.:

πρώτα μὲν ἐκ τρισσῶν κεφαλῶν τὸν πληγάδοις ρίζας
τχιστάμενος μεγάλως δύσται ἑτέροις πάσσαθαι,
ὅς τε φαγεῖν σάρκας γονέων βασιλῆας ἀνάγνους.

Neque textus certus est, vide RZACHII annot. erit. Nuperime BURESCH (Neue Jahrb. f. Phil. 1892, pp. 282 sq.) pro κεφαλῶν coniecit κεράτων (fortasse propter locum Hippolyti de Christo et Antichristo (c. LII), qui locus an hoc non referendus sit dubito) et pro ἑτέροις ἑτάροις. De loci interpretationibus vide BADT, de Or. Sib. a Iud. comp. p. 72 n. 2, HILDEBRANDT, l. c. p. 89. Mihi vero explicationes diversas consideranti nulla veri similis videtur. Pervulgatam autem inter Iudeos opinionem fuisse, ultimis temporibus tres principes Romae imperatores esse, testantur Liber quartus Esrae XII, 23 sqq., Or. Sib. VIII, 65 (de tribus Antoninis), III, 52(?), V, 51(?), Commodianus, qui bis hanc rem respergit: Instr. I, 41, 5 sqq., C. A. 911 sqq.¹

Sequitur nunc declamatio, mirum in modum expressa, vv. 228 sqq., quam hic totam afferre liceat²:

ἄπτατε καὶ κακόβουλε, κακοῖς περικείμενε κήρυξε,
ἀργὴ καὶ καμάτοιο καὶ ἀνθρώποις μέγα τέρμα
230 βλαπτομένης κτίσεως καὶ σφυρομένης πάλι μοίρης,
ὅπερι κακῶν ἀρχηγὴ καὶ ἀνθρώποις μέγα πῆμα,
τίς σε βροτῶν ἐπόθησε; τίς ἔνδοθεν οὐ χαλέπηνον;
ἐν αοι τίς βασιλεὺς σεμνὸν βίον ὄλεσσι ρύψεις;
πάντα κακῶς διέθηκας δόλον τε καλὸν κατέκλυσσας,
235 καὶ διὰ σοῦ κόσμοιο καλαὶ πτύχες ἡλλάχθησαν.
εἰς ἕριν ἡμετέρην τούχον ἄστατα ταῦτα προβάλλοι.
πῶς δὲ λέγεις, 'πείσω σε', καὶ 'εἴ τι με μέμφεσαι, αἴδε';
ἥν ποτ' ἐν ἀνθρώποις λαμπρὸν σέλας ἡσίοιο

¹ Hoc loco (sententia quidem alio deflexa) tres Caesares (inter quos ipse Nero) Antichristo altero obviam eunt,

quos ille mactatos volucribus donat in escam.

² Cfr. RZACHII annot. erit. Textum RZACHII ubique secutus sum excepto v. 233, ubi cum codd. τίς scribendum esse censeo.

- απειρομένης ἀκτίνος ὄμοιοπόνθοιο προφυγῶν·
 240 γλώσσα μέλι: στάζουσα καλὸν πόμα πᾶσι βροτοῖσιν
 φαινετο καὶ προέβαινε καὶ ἡμέρα πᾶσιν ἔτελλεν.
 τοῦδ' ἔνεκεν, στενόβούλε κακῶν ἀρχῆγε μετίστων,
 καὶ ραψή καὶ πένθος ἐλένεσται ἥματι κείνῳ.
 245 οὐργὴ καὶ καμάτου καὶ ἀνθρώποις μέγα τέρμα
 βλαπτομένης κτίσεως καὶ αφζομένης πάλι: μοίρης,
 κλδθι πικρῆς φήμης δισανασχέτου, ἀνδράς πῆμα.

Hanc declamationem alii (FRIEDLIEB, p. XLIV, cfr interpretationem eius germanicam, HILDEBRANDT, l. c.) ad Neronem-Antichristum, alii (ALEXANDRE ad h. l., similiter BADT, de Or. Sib. p. 73, EWALD, ut videtur, l. c. p. 60, nulla tamen ratione reddita) ad urbem Romam traxerunt.

HILDEBRANDT, l. c. pp. 89 sqq. singularem de hoc loco opinionem probare conatus est. Arbitratur enim, poëtam hic Azhidabaka, daemonem illum in libris avesticis commemoratum, draconis figura repraesentatum, designare voluisse. Sed similitudines, quas inter locum nostrum vv. 237 sqq. et Avest. yast. XIX, 45 sqq.¹ sibi videtur invenisse, quantum ego quidem, cuius sane de rebus avesticis nullum iudicium est, existimare possum, nullo modo tantae sunt, ut Sibyllista illinc verba sua sumpsisse videatur. Nullus quidem nego, omnes fabulas, quae de diabolo, de malis spiritibus et eius modi aliis credebantur, initio e religione Persarum ad Indeos emanasse, et veri simile videtur, hanc doctrinam illis quoque temporibus, quibus oracula Sibyllina extiterunt, ad ea conformanda magnam vim habuisse, praesertim quum in libris magicis argumenta similia occurserent. Sed in nostro loco nihil reperio, quod non eodem iure ex antiquis Iudeorum sententiis fluxisse possit. Verbis enim (vv. 238 sqq.)

ἳν ποτ' ἐν ἀνθρώποις λαρπρὸν σέλας ἡελίοιο
 απειρομένης ἀκτίνος ὄμοιοπόνθοιο προφυγῶν·

¹ Cfr interpretationem DARMESTETERI (The Sacred Books of the east ed. by MAX MÜLLER, vol. XXIII: The Zend-Avesta II (transl. by DARMESTETER) pp. 297 sqq.).

γλώσσα μέλι στάζουσα καλὸν πόμα πᾶσι βροτοῖσιν
φάνετο καὶ προέβαινε καὶ ἡμέρα πᾶσιν ἔτελλεν

poëta videtur ad antiquum felix tempus Iudeorum spectare, ubi prophetae lucem omnibus hominibus spargebant, neque de splendore magorum indelebili cogitare opus est. Et ad illustrandam imaginem draconis, quae de Nerone-Antichristo usurpatur (Or. Sib. V, 29 = XII, 81, cfr VIII, 88), satis est apocalypsin Ioannis afferre, quae illa imagine gaudet¹.

Sed ut ad locum nostrum redeam, hanc declamationem non ad Neronem-Antichristum, sed ad Romanam referendam censeo.

Ita enim Roma saepius in hoc libro compellatur (cfr vv. 162 sqq. post Antichristi mentionem, similiter vv. 386 sqq.), sicut poëta initio libri se calamitates Latinorum narraturum esse scripsit:

ἀλλ' ἄγε μοι στονόσυτα χρόνον κλέψ Λατινιδάμων².

Adde quod maxima libri pars declamationes in urbes et populos continet.

Deinde quomodo ad hominem referri potest v. 233
ἐν τοι τις βασιλεὺς αερνὸν βίον ὠλεσσε ῥιψθείς;

HILDEBRANDII (l. c. p. 90 n. 1) explicationem non veri similem esse neminem fugit. Sententiam huius versus concedo me non satis intelligere, sed interpretationem, quam ALEXANDRE proposuit (in te quis vitam, solo deiectus, honeste finiit?) non prorsus improbandam censeo. Interrogationem autem hoc versu contineri sententiarum ordinem et coniunctionem consideranti veri simile mihi videtur.

Ea quoque, quae vv. 242 sq. occurunt (τοῦδ' ἔνεκεν — — — καὶ ῥαυρὴ καὶ πένθος ἐλεύσεται ἡματι καίνῳ) multo melius ad urbis quam ad hominis exitium pertinere credo. "Gladium enim et dolorem venturos esse illo die" — quonam die? scilicet illo tempore, quo Antichristus totum orbem terrarum everteret. Illo quoque tempore, bello finito

¹ Confer de dracone DIETERICH, Abraxas, pp. 111 sqq.

² Sie optime RZACH versum constituit.

(Ἅματι καίνῳ v. 248¹) Romaque deleta, populum Iudeorum rerum potiturum esse:

ἀρθῆσται² Ἅματι καίνῳ
Ἰουδαίων μακάρων θείον γένος οὐρανών.

Huic opinioni solum obstare videtur verbum περικείμενος (v. 288), masculini generis, de Roma usurpatum. Et suspicionem movet, textum non sanum esse, quum etiam vox κύρια (pro κύρῳ) inusitata et suspecta sit. ALEXANDRE olim dubitans coniecerat κακαῖς περικείμενη αὔραῖς; credibile est, aliam eius modi vocem hoc loco excidisse.

Diris calamitatibus Romae praedictis poëta ad futuram Iudeorum potestatem describendam se vertit (vv. 247 sqq.). Hic occurrit vaticinatio notabilis, vv. 256 sqq., ubi codices hunc textum præbent³:

εἰς δέ τις ἔσσεται αὐτὶς ἀπ' αἰθέρος ἔξογος ἐνήρ.
οὐ παλάμας ἥπλωσεν ἐπὶ ξύλου πολυκάρπου
Ἐβραίων ὁ ἄριστος, δὲς ἡέλιόν ποτε στήσεν
φωνήσας ἕρσει τε καλῇ καὶ χεῖλεσιν ἀγνοῖς.

Hanc vaticinationem ad Messiam referendam esse inter omnes constat, sed ambigitur, quo modo intelligenda sit. Plurimi viri docti (BLEEK, ALEXANDRE, LÜCKE, alii) putarunt, Christum cruci fixum hic per ambages significari. At contra eam sententiam BADT (de Or. Sib. pp. 74 sq.) affert, loco ita accepto hunc sensum verborum absurdissimum fieri: Iosum (illum enim verbis Ἐβραίων ὁ ἄριστος designari inter omnes constat, cfr Ios. X, 12) Christum cruci affixisse⁴.

¹ Aliter quidem HILDEBRANDT, l. c. p. 90.

² Hanc sententiam locum flagitare arbitror. RZACH (addend. p. XX) nunc manuavit (τις) τότε σέζεται. Codd. præbent v. 248 (τις) τότε ζέζεται, v. 249 μένος pro γένος. BEHESCH (Neue Jahrb. l. c.) v. 248 coniecit (τις) τότε ζέζεται, v. 249 cum codil. μένος legit.

³ Confer RZACHII ANN. CRIT. Coniectura RZACHII ζέζεται supervacanea videtur. Praeterea una ALEXANDRI coniectura (ὅς pro ὅδι) ad locum dilucidandum pertinet. Manifeste falsa tamen correcta sunt.

⁴ De epitheto illo crucis πολυκάρπου (vel, ut MENDELSSOHN vult, ἀπλακάρπου), quod BADT cruci addi non posse arbitratur, satis est monere, crucem lignum vitae saepissime a Christianis nominari, cfr Commo-

Itaque BADT existimat, poëtam ad Iudeorum contra Amalecitas pugnam (Exod. XVII, 9 sqq.) respexisse, sed falso credidisse, Iosuam baculum illud divinum (Exod. XVII, 5) lassis Mosis manibus subiecisse. Et totam rem ita intelligit, ut putet, poëtam Iudeum hoc loco Mosem redditurum speravisse.

Hanc BADTI explicationem longius petitam existimo, neque credere possum, poëtam in historia sacra narranda tam negligentem et insciūtum fuisse, ut de una re bis a tradita historia aberraret. Accedit quod alio loco, ubi illa contra Amalecitas pugna commemoratur, Moses Christum praemonstrasse dicitur, VIII, 251 sq.:

Ἐν Μωσῆς ἐτύπωσε προτείνας ὥλένας ἀγνὰς
τὸν Ἀμαλκὶν νικῶν πίστει.

Cfr de Christo VIII, 302:

ἐκπεπάσαι γείρας καὶ κόσμου ἀπαντα μετρήσει¹.

Sed in hoc BADTIO assentior, textum traditum (*οὐ παλίρρητος τ. τ. λ.*) nullum sensum praebere: quare corrigendus videtur. Et ALEXANDRE levi sane medela pro *οὐ* coniecit *ὅς*, unde sententia melior evadit. Idem v. 528 coniecit *Ἐβραίων* *ὅς ἡ ἄρτιος*²; existimavit enim, Messiam venturum (i. e. Christum) secundum poëtam nostrum duas in se comprehendere figurās, Mosis (*ὅς παλ. ἦπλ.*) et Iosuae (*Ἐβραίων ὁ ἄρτιος*). Cfr ALEXANDRE, I. c. II, 1, p. 207.

Mihi vero, in ceteris cum ALEXANDRO consentienti, non necessarium videtur duas Mosis et Iosuae figurās afferre et maxime tolerabilem hanc explicationem esse arbitror: verba *ὅς παλ. ἦπλ.* ad Christum cruci fixum spectant, qui palmas in cruce distendit (sicut Moses contra Amalecitas pugnans, "virgam dei in manu sua habens" (Exod. XVII, 9) manus suas distendit); quem poëta redditurum (*οὐτοῖς* v. 256) sperat

diani C. A. vv. 328 sqq. De ligno autem vitae vide Ioann. Apoc. XXII, 2. Non igitur necessaria RZACHII conjectura φέλεσικάρπω.

¹ Cfr Or. Sib. I, 372.

² Hanc conjecturam in editione secunda non commemoravit, cfr ibid. p. 367.

et cuius nomen vv. 258 sq. per ambages mentione Iosuae (qui graece Ἰωσῆς vocabatur) designat.

Hoc loco fortasse commemoranda est coniectura, quam GUTSCHMID (Litt. Centralblatt 1861, n. 28) proposuit, quoniam RZACH in annotationibus criticis eam omisit. Locum sic constituit vir doctus:

εἰς δέ τις ἔσσοται αὐθις ἀπ' αἰθέρος ἔξοχος ἀνήρ,
οὐ παλάμας ἡπλωσεν ἐπὶ ἔνδον πολυκάρπου
Ἐβραίων ὀριστός, ὃς ἡέλιον τότε στήσει
φωνήσας ῥήσει τε καλῇ καὶ χεῖλεσιν ἀγνοῖς.

Quamquam hanc coniecturam non veri similem puto. Nam si quid in loco nostro certum est, profecto constat, poëtam hic Iosuae mentionem facere (cfr Ios. X, 12).

Miror autem, editorem novissimum v. 257 cum codd. oī scripsisse; equidem, ut supra dixi, nullam sententiam, quae tolerari possit, inde erui posse arbitror.

Redit Neronis-Antichristi mentio vv. 361 sqq., ubi nihil fere novum additum est, quare in ea non moror; comparandus est locus pseudo-Lactantii de mort. persec. 2. Cfr praeterea ALEXANDRE, II, 2, pp. 502 sq., ubi vir doctissimus ex incertissimo textu vv. 373 sq. incerta coniecit.

Messias autem venturus canitur vv. 414 sqq., ubi notandum est, poëtam tempora praeterita usurpare:

ἡλίθι γάρ οὐρανίων νότων ἀπ' ἀνήρ μακαρίτης
σκῆπτρον ἔχων ἐν χερσίν, ὃ οἱ θεὸς ἐγγυάλιζεν,
καὶ πάντων ἐκράτησε καλῶς πᾶσιν τ' ἀπέδωκεν
τοῖς ἀγαθοῖς τὸν πλοῦτον, ὃν οἱ πρότεροι λάβον ἀνόρες.

Vide de novo templo a Messia aedificato vv. 422 sqq. Sed praeterea in Messia et regno eius describendo nihil novi poëta addidisse videtur.

Transeo ad librum octavum¹, ut locos praecipue memorabiles, qui de Messia et Antichristo sunt, recenseam.

Vv. 65 sqq. finis mundi sub Antoninorum tempora

¹ In libris sexto et septimo nihil reperi, quod ad has quaestiones proprie pertineret.

exspectatur, ex quibus unus omnes mundi divitias ad Anti-christi tempus servaturum esse dicitur, vv. 70 sqq.:

Ὥντες δέ τοι γένεσιν ἐπανέλθη
ἐκ περάτου γαίης ὁ φυγάς μητροκτόνος ἀνήρ,
ταῦτα γένεσιν διδούς πλοῦτον μέγαν Ἀστέρι θήσει.

Post quae statim iudicium futurum praedicitur, vv. 81 sqq.:

πάσης γάρ γαίης θυντῶν τότε σύγχυσις ἔσται,
καὶ τὸς ὁ παντοκράτωρ δέ τοι ἐλθη βίβλας κρίνει
ζόντων καὶ νεκρῶν φυγὰς καὶ κόσμου ἀπαντα.

Alia vero dissimilis Antichristi (si hoc nomine uti licet) notio vv. 88 sqq. occurrit, quam imaginem ex Apocal. Ioann. XII, 3 sumptam esse appetet¹:

πυρφόρος ὄσσας² δράκων ὅπότε δὲν ἐπὶ κόμασιν ἐλθη
γαπτέρι πλήθος ἔχων καὶ θλιψη σείο τὰ τέκνα,
ἔσσομένοι λιμοῦ τε καὶ ἐμφύλιοι πολέμοιο,
ἔγρις μὲν κόσμοιο τέλος καὶ ἔσχατον γῆμαρ
καὶ δοκίμοις κλητοῖς κρίσις ἀθανάτοιο θεοῖο.

Rursus ad vulgarem de Antichristo opinionem videntur spectare vv. 139 sqq. Nam textus quidem primorum versuum corruptus est³, et v. 141 lectio ἐχθρός conjectura incerta ALEXANDRI⁴ (qui etiam ὥλεθρος suspicatus est), a RZACHIO in textum recepta, sed Neronem redivivum aperte designant vv. 153 sq., 155 sq. (δέ τοι δὲν ισθμὸν διακόψῃ). Itaque sententiam EWALDI (l. c. pp. 74 sq.⁵), qui haec ad Septimium Severum imperatorem traxit, ad quem etiam vv. 133 sqq. retulit⁶, refellere vix opus est.

Post Antichristi mentionem, ut par est, Messias indu-

¹ Cfr. supra p. 63.

² Conjectura incerta, vide RZACHII ann. crit. Evidem cogitavi de αὐτῷ, sed nihil affirmo.

³ Cfr. RZACHII ann. crit. et GUTSCHEID (Litt. Centralblatt 1861 n. 28), cuius conjecturam μένος (pro γένος) RZACH omisit.

⁴ Vide ALEXANDRE ad h. l.

⁵ Vide praeceps p. 75 n. 4.

⁶ Cfr. ALEXANDRE ad h. l.

citur, vv. 169 sq., verbis maximam partem ex Or. Sib. III, 49 sq. petitum¹. Sed summam confusionem in hac oraculorum parte deprendimus; nam vv. 176 sq. ad Neronem-Antichristum referre necesse est, quem igitur etiam tum Romae imperantem Sibyllista fingit. Nero ad potentissimi hostis adventum senatum convocat et consilia contra illum init².

Deinde poëta ultimis mundi rebus, prodigiis miraculisque confuse narratis, exclamat vv. 194 sqq.:

μή ποτ' ἐγώ ζόην, ὅτ' ἂν ἡ ἵλαρή βασιλεύσῃ,
ἄλλα τότε, οὐρανή ὅποτ' ἂν χάρις ἐμβασιλεύσῃ,
καὶ ὅποτ' ἂν δὴ παιᾶς ἴερὸς δηλήμον³ ἀπάντων
ἐξολέσῃ δεσμοῖς δόλοσφρονα, βιοσὸν ἀναίγων,
αἰφνίδιος δὲ βροτοὺς ἔβλινος δόμος ἀμφικαλύψῃ⁴.

Hic locus difficilimus⁵ ad poenam spectat, quam Messias (per angelum suum, ut voluerunt ALEXANDRE, MENDELSSOHN⁶) diabolo (draconi apocalyptic?) Cfr Ioann. Apoc. XX, 1 sqq.) vel Antichristo infliget. Ceteras autem loci difficultates explicare non ausim. Mihi vero praecipue suspicionem movet ultimus versus. Nam "lignum operculum putei" (ALEXANDRE ad h. l.) improprie ἔβλινος δόμος vocari potest (vocem quidem puteum pro inferno usurpari constat⁶); at quomodo "Satanae comites" βροτοὶ dici possunt? Neque aliam tolerabilem sententiam ex illis verbis eruere valeo. Accedit, quod hic versus recurrat XI, 135, ad alium prorsus sensum deflexus, ubi codices (Ω):

αἰφνίδιος δὲ βροτοὺς ἔβλινος δόλος ἀμφικαλύψει.

¹ Hoc quidem dubium est; cfr contrarium ALEXANDRI indicium (II, 2, pp. 412 sq.).

² De Nerone-Antichristo et senatu Romano cfr Commodiani C. A. 831 sqq., 851 sqq., 909 sq.

³ Textum RZACHII secutus sum; ubi vide ann. crit. LUDWICHI conjecturas vide in RZACHII addend. p. XX.

⁴ Cfr MENDELSSOHN, Philolog. 1890 p. 259.

⁵ Mihi vero παιᾶς ἴερὸς Michael-Christus esse videtur: Apocal. Ioann. XIII, 7. Ad hanc apocalypsis partem cfr DIETERICH, Abraxas, pp. 117 sqq.

⁶ Cfr ex. gr. lib. quart. Eas. VI, 1 (vers. aethiop.), Commodian. C. A. 440, 443, 477. De hoc loco sententiam singularem neque verisimilem protulit DECHENT, Zeitschr. f. Kirchengesch. II (1878) p. 490 n. 2.

Quae verba ad equum illum Troianum spectant: ubi δόκος et δόμος idem fere sonant, quam ob rem ALEXANDRE δόμος collato nostro loco coniecit¹. Neque possum quin putem, versum melius ad illum sententiarum contextum quadrare; propterea hoc loco eum suspectum esse iudico.

In secundo libro, vv. 167 sqq. Belial inducitur², iisdem fere verbis, quibus in libro tertio (vv. 63 sqq.) describitur. Evidem hanc secundi libri partem (vv. 167—176) ad illud exemplum conscriptam esse arbitror. Numquam autem Messiae mentio fit; nam in iudicio supremo describendo (vv. 241 sqq.) poëta evangelia secutus Christum iudicantem inducit.

Haec fere in Sibyllinis sunt, quae ad clarissimam illam Messiae (et Antimessiae) notionem spectent³. Quae ideo fuse tractanda esse putavi, quod inter tot doctorum virorum sententias discrepantes speravi talem quoque dissertationem, parvi licet per se momenti, quaestioni difficillimae et gravissimae aliquid luminis affundere posse.

Praeterea, ut iam supra monui, Sibyllina, sicut omnes apocalypses, in ultimis mundi rebus praedicendis multa sunt; miracula et prodigia finis omnium praenuntia ubique memorantur. Haec autem partim somnia delirorum sunt pessima quaeque configere studentium, plurima autem ad Iudeorum et in primis Christianorum opiniones conformata⁴. Nam vaticinationes, de Messia Iudeorum silentes, quae de his rebus in Sibyllinis occurrunt, ex maxima parte christiana originis sunt. Ex quibus illa solum ad propositum meum pertinent, quae quodam modo Sibyllinorum propria dici possunt.

¹ Cfr tamen Batrachom. 116.

² Cfr DECHENT, Diss. pp. 20 sqq.

³ Libri XI—XIV, sicut omnino paucis habent, quae ad religionem pertineant, de Messia silent. — Neronem-Antichristum iam III, 470 designatum esse (ALEXANDRE² p. 357) mihi non veri simile videtur.

⁴ Hanc materiem fuse et diligentissime tractavit ALEXANDRE, II, 2, pp. 456 sqq. Hoc unum animadvertisendum est, viro doctissimo propter fidei catholicae observantiam in nonnullis rebus iudicium minus liberum fuisse. Multa etiam commemoravit, quae nobis parvi momenti videntur.

Hoc quidem non miror, plurimas de ultimis rebus heterodoxias¹, quae vocantur, in Sibyllinis reperiri, nam eo tempore opiniones Christianorum de his rebus nondum in certa dogmata transierant². Et videntur oracula nostra initio ex opinionibus, quae a catholicis sententiis aberraverant, originem duxisse. Id quoque mentione dignum est, Celsum, clarissimum illum christianaे religionis impugnatorem, inter Christianos singularibus doctrinis faventes Sibyllistas quoque nominasse³.

De "signis extremo iudicio praeviis" (cfr ALEXANDRE, II, 2, pp. 482 sqq.) vix aliquid novi de suo addiderunt Sibyllistae; nam de signis in caelo conspicuis (VIII, 190 sqq., II, 202, et passim) confer evang. Lucae XXI, 25; caelestia signa futuras res horribiles portendere (cfr Or. Sib. III, 334 sqq.) antiquissima opinio erat; de infantium canitie (II, 154 sqq.) vide Hesiod. ἔργ. ζ. 180 sq.; de mulierum sterilitate (cfr II, 163 sq.) λόγιον ipsi Christo tribuitur (Clem. Alex. Strom. III, 6 ex evangelio Aegyptiorum); de imperii Romani fine, in quo Sibyllina plurima sunt⁴, satis erit apocalypsin Ioannis afferre; de decem tribuum reditu (II, 170 sqq.) maxime confer librum quartum Esrae XIII, 39 sqq., Psalm. Salom. XI, 3 sqq.⁵, Commod. Instr. II, 1 (de populo ab-

¹ Cfr ALEXANDRE, II, 2, pp. 567 sqq.

² Notandum videtur, scriptorem libri septimi iam hostiliter de nascenti ecclesia orthodoxa sensisse, si quidem de clero legitimo accipienda sunt quae VII, 134 sqq. leguntur:

οἱ μὲν δυσάμενοι προβάτων λαστότριχα ῥινὰ
Ἐβραιοὶ φέρονται, οἱ μὴ γένος Ἑλλαγὸν οὐτοί,
ἄλλα λόγιος λαλούντες ἐπ' ἀλγεσι κερδαντῆρες,
οἱ βίον ἀκλάζονται καὶ οὐ πείσονται δικαιούσες,
οἱ τε θεὸν πάρησται διὰ ψρινὸς ἡλάσκονται.

Vide etiam Or. Sib. VIII, 419 sqq., II, 263 sqq. — Cfr ALEXANDRE² p. 372, DECHENT, Zeitschr. f. Kirchengesch. 1878, p. 509.

³ Orig. c. Cels. V, 61: τίπει δὲ τίνας εἶναι καὶ Σιβυλλιστάς· τάχα παρακερόεται τίνους ἴγχαλούντων τοῖς οἰομένοις προφήταις γεγονέναι τὴν Σιβυλλαν, καὶ Σιβυλλιστάς τοὺς τοιούτους καλεσάντων.

⁴ De hac re infra disputabitur, pp. 77 sqq.

⁵ Vide ad h. l. annotationes, quae exstant in editione, quam curaverunt RYLE et JAMES (Cambridge 1891).

sconso sancto), C. A. 941 sqq. (DOMBART); de Antichristo vide supra; de Eliae adventu (II, 187 sqq.) confer evang. Matth. XI, 4, XVII, 11 (ev. Nicodemi XXV, Commod. Instr. I, 41, 8 sqq., C. A. 833 sqq.); de mulieris imperio¹ vide Apoc. Ioann. XVII, 3 sqq., XVIII, 7.

Novum quendam et proprium sibi colorem Sibyllina praebent in regno mortuorum (quod "Αἰδην" appellant) describendo. Quamquam cogitationes similes in aliis quoque scriptis expressae reperiuntur, quod de evangelio Nicodemi, quod vocatur, iam THORLACIUS (Libri Sibyllistarum veteris ecclesiae crisi subiecti pp. 168 sqq.) ostendit. Illud quidem mihi non persuasit vir doctus, ingeniosas evangelii Nicodemi de duorum principum, τοῦ Σατανᾶ et τοῦ "Αἰδον", imperio cogitationes in Sibyllinis quoque nostris occurrere; nihil enim probant exempla prolata I, 377 sq. VIII, 310 sq. (II, 227 sqq.)². Maxime conferenda sunt evangelii Nicodemi (cap. XVIII) descriptiones inferni cum Or. Sib. VIII, 107 sqq., loco me quidem iudice mentione dignissimo:

πάσου ὁμοῦ νῦν ἔστιν ἡση τοῖς πλοῦτον ἔχουσαι
καὶ πτωχοῖς· γυμνοὶ δ' ἀπὸ γῆς, γυμνοὶ πάλιν ἐς γῆν
ἀξαντες³ λήγουσι βίον χρόνον ἑκτελέσαντες.
οὐδεὶς δούλος ἐκεῖ, οὐ κύριος, οὐδὲ τύραννος,
οὐ βασιλεῖς, οὐχ ἡγεμόνες μάλα τῷφον ἔχοντες,
οὐ νομικὸς ἥγτωρ, οὐκ ἄρχων χρῆματι κρίνων.
οὐ θυσιῶν σπουδαῖς ἐπὶ βαμβοῖς αἴμα χέουσιν·
τῷμπανον οὐκ ἔχει, οὐ κύμβαλον⁴

¹ Sunt, qui Or. Sib. III, 77 sqq. ad Cleopatram spectari patent, cfr ALEXANDRE II, I, p. 160, LÜCKE, I. c. I, p. 79, SCHÜLER, I. c. II, p. 801. Sed cfr Or. Sib. VIII, 194, 199 sqq.

² Immo nullo loco de "Αἰδην" ut de inferorum principe, Sibyllistas loquentes certe inveni. Nam V, 178 (*ταρτάρον οἰκησον ἐς* (ἐν) RZACH) "Αἰδον χώρον ἀθετον") de inferno solum agi quis non videt? Neque aliud designare videtur ³Αἰδωνέος οἶκος I, 377. Cfr II, 227.

³ Sic ALEXANDRE, RZACH; mihi vero crescenti significatio huic loco aptissima videtur. Itaque si αὔξοντες λήγοσι ferri nequit, num legendum αὔξονται, λήγοσι? — αὔξει = crescere, cfr BUHESCH, Philol. 1892, pp. 429 sq.

⁴ Supplet VAN HERWERDEN (Mnemos. 1891, p. 366) αὐθὶ κροτίται.

οὐκ αὐλὸς πολύτρητος ἔχων φρενόπληγγέ τινα,
οὐ σκολιοῦ σύριγμα φέρων μίμημα δράκοντος¹,
οὐ σάλπιγξ πολέμων ἀγγέλτρια βαρβαρόφωνος.
οὐ κώμοις μεθύσοντες² ἀνθέσμοις, οὐχὶ χορείαις·
οὐ φθόγγος αιθάρης, οὐ μηχανή κακοεργός·
οὐκ ἔρις, οὐκ ὄργῃ πολυποίκιλος, οὐδὲ μάχαιρα
ἔστι παρὰ φθιμένοις· ἀλλ' αἰλὸν κοινὸς ἀπασιν
αλειθοφύλακες είρκτῆς μεγάλης ἐπὶ βῆμα θεοῖς.

In iudicio extremo et interitu mundi describendo Sibyllistae multi sunt. Ubi plerumque opiniones iudaicas et christianas, iam in evangeliis occurrentes sequuntur. Praecipuum autem locum apud Sibyllistas opinio tenet, mundum ad ultimum conflagraturum esse, unde etiam Iustinus apol. I, 20: καὶ Σιβυλλα δὲ καὶ Ὑστάσπης γενήσεται τῶν φθαρτῶν ἀνάλωσιν διὰ πυρὸς ἔφασκεν. Videamus ex. gr. VIII, 225 sqq.:

ἐκκακέσει δὲ τὸ πῦρ γῆν οὐρανὸν ἥδε θάλασσαν
ἴγνεον· φρίξει δὲ πύλας είρκτῆς Ἀΐδαο.
σάρξ τότε πᾶσα νεκρῶν ἐς ἐλευθέριον φάσις ἥξει
τῶν ἀγίων· ἀνδρους δὲ τὸ πῦρ αἰώσιν ἔλεγχει³.

II, 196 sqq.:

καὶ τότε δῆ ποταμός τε μέγας πυρὸς αἰθορένοιο
ἥνεσει ἀπ' οὐρανόθεν καὶ πάντα τόπον δαπανήσει,
γαῖάν τ' ὠκεανὸν τε μέγαν γλαυκήν τε θάλασσαν
λίμνας καὶ ποταμῶν⁴ πηγάς καὶ αμειδίγους Ἀιδην

¹ Non magnopere placet sententia VOLKMANNI, qui coll. Strab. IX p. 421 haec verba nomi tibialis quintam partem designare putavit. Cfr etiam DIETERICH, Abraxas p. 116. Nam contextus carminis postulare videtur, ut in hoc verso organi cuiusdam novi mentio fiat, ex. gr. οὐ σύριγξ σκολιοῦ φέρων μίμημα δράκοντος, ubi σύριγξ latiore sensu accipi debet. οὐλὸς et σύριγξ apud Homernum coniuncti inveniuntur, Il. X, 13. Praeterea verba μίμημα φέρων δράκοντος et ad formam (quod quidem in fistulam vulgarem non quadrat) et ad sonitum spectare possunt. Cfr ALEXANDRIE ad h. l.

² Num μεθύσοιν scribendum? Cfr χέοσιν v. 113.

³ Sic recte codd. PW, ALEXANDRIE, BURESCHE.

⁴ Ita VAN HERWERDEN, Mēmoirs, 1891 p. 356.

καὶ πόλον οὐράνιον. τὰ γὰρ¹ οὐράνιοι φωστῆρες
εἰς ἓν συρρήξονται καὶ εἰς μορφὴν πανέργημον².

Eius modi sententiae saepe recurrent, vide III, 80 sqq., IV, 159 sqq., 173 sqq., VII, 120 sqq.

ἴκπύρωσις illa, quae vocatur, inter vetera Graecorum philosophumena inde ab Heraclito³ magnum locum tenuit; scimus in primis Stoicos hanc doctrinam amplexos esse. Quam, ne aliis testimoniis utar, Ovidius quoque respxit, Metam. I, 256 sqq.:

esse quoque in fatis reminiscitur, affore tempus,
quo mare, quo tellus correptaque regia caeli
ardeat et mundi moles operosa laboret⁴.

Post conflagrationem mundi iudicium erit, Or. Sib. IV,
179 sqq.:

ἄλλος δέ τοι ἀνὴρ γέρηται πάντα τέφρη σποδόεσσα γένηται
καὶ πῦρ κοιμίσσῃ θεὸς ἄσκετον, δὲ περ ἀνῆψεν,
ὅπερ καὶ σποδιὴν αὐτὸς θεὸς ἔμπαλιν ἀνθρώπου
μορφώσει, στήσει δὲ βρατοὺς πάλιν, ὡς πάρος γέραν.
καὶ τότε δὴ κρίσις ἔσσεται⁵, ἐφ' οὐδὲν δικάσει θεὸς αὐτὸς
κρίνων ἔμπαλιν κόσμον.

De iudicio extremo Sibyllistae sententias plerumque proferunt Christianis communes, verbis quidem poëtarum more audacioribus. Inter quas descriptiones primum locum tenet acrostichis celeberrima supra (p. 39) commemorata, VIII, 217 sqq., quae admirabili vi verbisque flagrantibus iudicium dei nostris oculis subiicit. Cuius initium sic est:

Ἴδερώσει δὲ γῆμόν, κρίσσεως σημείον δέ τοι ἔσται.
“Ηξει δέ” οὐρανόθεν βασιλεὺς αἰῶνις ὁ μέλλων,
Σάρκα παρθενούς πάσαν κρίνει καὶ κόσμον ἄπαντα.
“Οφούνται δέ θεὸν μέροπες πιστοὶ καὶ ἀπιστοί

¹ τὰ γὰρ coniecit BURESCHE, Philolog. 1892 p. 111.

² VAN HERWERDEN, I. c. πανέργημον.

³ Cfr ad hanc rem ZELLER, Philos. der Griech. I³ (1892) pp. 687 sqq.

⁴ Memorabilis locus est Or. Sib. V, 512 sqq. (de astrorum pugna); incertum, unde sumptus sit. Cfr KYDRENO, Unders. i. germ. mythol. II pp. 598 sqq., 615 sqq. Cfr etiam Lucan. Phars. I, 72 sqq.

"Γένεσιν μετὰ τῶν ἀγίων ἐπὶ τέρμα χρόνοιο.
Σηκυοφόρων δ' ἄνδρων φυγὴς ἐπὶ βῆματι κρίνεται.

Singularis neque quantum scio apud ullum alium scriptorem inventa Sibyllinorum opinio est, impios iudicatos ad columnam igni mixtam afflictumiri:

VII, 25 sqq.:

<κρεμάσει θεὸς> δι' αἰθέρος δέσονα μέσσον¹,
στήσει δ' ἀνθρώποις μέγχην φόβον ὑψός· ιδέσθαι:
κίονα μὲν πήξας² μεγάλῳ πυρὶ, οὐδὲ ραθάμυγγες
ἀνθρώπων ὀλέσσονται γένη κακὰ τολμηράντων³.

Confer II, 240 et II, 283 sqq.:

φαρμακέας καὶ φαρμακίδας σὸν τοῖς καὶ αὐτοὺς
ὅργῃ ἐπονερανίοις καὶ ἀρθάρτοιο θεοῖο
κίονι προσπελάσσειν, ὅπου περὶ κίονος ἀπαντά⁴
ἀκάματος ποταμὸς ἰεύσει πυρός· οὓς ἄμα πάντας
ἄγγελοι ἀθανάτου θεοῦ ἀρθίτοι, αἰὲν ἔοντος,
ἐν φλογίναις μάστιξ καὶ ἐν πυρίναις ἀλλοιοστιν
δεσμοῖς ἀρρήκτοις περισφίγγαντες ὑπερθεν
δεινοτάτως κολάσσουσιν⁴.

Originem eius imaginis ALEXANDRUM credo recte intellexisse, qui (II, 2, p. 530) ex spectaculo infelis pali ante tribunal Romanorum defixi (cfr Liv. II, 5, 6, VIII, 7, 19, XXVIII, 29, 11, XXVI, 13, 15; huc certe spectare videtur Or. Sib. II, 240) eam sumptam esse existimat, ad quem etiam martyres Christianos alligatos crudelissimum supplicium subiisse. Fortasse etiam Sibyllistae ad supplicium illud sempiternae memoriae respexerunt, quo Christianos a Nerone affectos esse testatur Tacitus, Annal. XV, 44.

¹ μέσσον BUREKIN, Neue Jahrb. f. Philol. 1892, p. 296.

² Sic conieci pro lectione corrupta codicum μετρήσας.

³ LUDWICH (Berliner philol. Wochenschr. 1892 p. 203) proposuit κηδευτάντων vel δηλωτάντων.

⁴ Ad hanc oraculorum partem conferendae sunt descriptiones horribiles, quae in apocalypsi Petri, 21 sqq., occurunt. Cfr HAHNACK, Bruchst. des Ev. u. der Apok. des Petrus p. 49.

Per hunc ignem omnes agentur (innuitur ignis probatorius, qui vocatur, II, 252 sqq., cfr VIII, 411); tum impii ἀλεῖνται εἰς αἰώνας δόλοις (II, 254 sq., cfr VIII, 228)¹, iusti autem servabuntur (IV, 187 sqq.):

ὅσσοι δ' εὐσεβέουσι, πάλιν ζήσοντ' ἐπὶ γαῖης
πνεῦμα θεοῦ δόντος ζωῆς οὐδὲντος δλόν²
εὐσεβέσιν· πάντες δὲ τότε εἰσόφονται εἰντοῖς,
νήδυμον τηλίου τερπνὸν φάσι εἰσορόωντες.
ῷ μακαριστός, ἔκεινον δὲ ἐς χρόνον ἔσσεται ἀνήρ.

IV.

Oracula Sibyllina perlegenti duae res mihi maxime dignae visae sunt, quae diligenter considerentur. Quae quamquam artissimis vinculis cum doctrinis iudaicis vel christianis non coniunctae, tamen saepius occurentes, singularem atque novum colorem dictis Sibyllistarum tribuunt. Sunt

¹ Humaniorum de impiorum poena sententiam vide Or. Sib. II, 330 sqq., ad quam conferenda est ἀντίρρησις in fine eiusdem libri occurrentis, a codd. Ψ servata. — Praeterea supervacanum videtur monere, poenam illam ignem mortuorum iam in antiquis Graecorum philosophumnis occurrere, vide Plat. Phaed. 114 A, ubi philosophus clarissimus ad Πορτιλεγέθεοντα, flumen iam in Odyssaea (X, 513) commemoratum, respexit. — In evangelii duas contrarias de inferno sententias invenimus (cfr DIETERICH, Abraxas p. 36 et ibid. n. 2): ὃ γέννα τοῦ πορὸς ad exemplum Ies. LXVI, 24 describitur apud Marc. IX, 47 sq. (Cfr Matth. XXV, 41; Ioann. Apoc. XXI, 8: ἐν τῷ λίμνῃ τῷ καιομένῳ πορὶ καὶ θεῖῳ), τὸ σκότος τὸ ἑξάτερον apud Matth. VIII, 12 (ἴκατε ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρογχὸς τῶν δδόντων). Has opiniones diversas confundisse videtur Sibyllista II, 203 sqq. (fortasse ad exemplum Matth. XIII, 42):

πᾶσαι δὲ ἀνθρώπων ψυχαὶ θρόξουσιν ὀδεῖσιν
καιόμεναι ποταμῷ τε θεῖοι καὶ πορὸς ὄρμῃ
ἐν δαπίδῳ μαλετρῷ.

Cfr II, 290 sqq.

² Textum BADII (Viertes Buch der Sib. Or. p. 24) exhibui, non quod eum certum putarem, sed quia sententiam tolerabilem eum praebere putavi. Diversas lectiones vide apud RZACHIUM.

vero acerbissimum in imperium Romanum odium et studium populare vel, ut ita dicam, democraticum¹.

Iudeorum populus, ut omnes fere, immoderatas de se ipso cogitationes fovens, ceteros despexit, quin etiam ut barbaros et impios et summi dei hostes detestatus est²: unde odii generis humani crimen Iudei meruerunt. Quibus quum circa haec tempora maxime cum Romanis orbis terrarum dominis res erant, hoc loco considerare refert, quid de imperio Romano eos sensisse ex Sibyllinorum testimoniis appareat.

Iam in ea Sibyllinorum parte, quae antiquissima habetur, Romani tristissimis verbis depinguntur, III, 175 sqq. Suspicor tamen hunc locum interpolationibus corruptum esse³, ita ut sententiae minus clarae vix insistere liceat. Atque post eam descriptionem regnum Iudeorum futurum praedicitur, quare non est quod miremur, Romanos cum Iudeis comparatos aeque iudicari non potuisse⁴. Confer in eodem libro vv. 520 sqq., 638 sqq.

Sed maxime odium in Romanos Iudeorum exarsit non multo post Christi tempora⁵ propter iniquitates procuratorum, qui Iudeam crudelissime vexabant; seditiones orientabantur, quae primo severissime repressae in dies magis crescebant usque ad bellum illud clarissimum, cuius interitus Hierosolymorum finis fuit. Neque tum Iudei ulciscendi consilia abiecerunt; duo bella atrocissima, Traiano et Hadriano imperatoribus, temptare audebant⁶.

¹ De his rebus cfr ALEXANDRE, II, 2, pp. 572 sqq.

² Vide ex. gr. lib. quart. Esr. VI, 57 sqq.: et nunc, Domine, ecce istae gentes, quae in nihilum deputatae sunt, coepernunt dominari nostri et devorare nos, nos autem populus tuus, quem vocasti primogenitum, unigenitum, aemulatorem carissimum, traditi sumus in manus eorum: et si propter nos cresum est saeculum, quare non haereditatem possidemus cum saeculo? usquequo haec?

³ Cfr quae infra ad h. l. disputabuntur.

⁴ De foedere inter Romanos et Iudeos anno 161 a. Chr. icto vide SCHÜRER, I, pp. 171 sqq.

⁵ Vide apocalypsin Ioannis.

⁶ Vide SCHÜRER, I, pp. 471 sqq.

Odium autem illud nobis minime mirandum videtur considerantibus ignominias, quas per longa tempora tulerant, studia eorum frustrata, gentem antiquissimam religionis praestantis sibi conscientiam superantibus violentissimis scelerorum copiis perditam, libertatem extinctam, dei templum dirutum. Quibus calamitatibus tamen non prorsus fractis animis, sed, ut saepe fit, in audacissimas opiniones motis pristina somnia renovarunt¹ speque erecti sunt, ultimam malorum aetatem venisse, iam deum dilecto populo suo auxilium iaturum. Hanc autem felicitatem exoptatam tum demum se nacturos esse, quum hostes (ante omnes Romanos, templi sancti eversores) penitus delevissent. Istos igitur acerbissimam poenam manere, quum ipsi victoria fruerentur.

Illas sententias odium et ultionem spirantes diserte testantur apocalypses duae, quae circa illa tempora prodierunt, apocalypsis Baruch et liber quartus Esrae, supra laudatae², testantur etiam multis locis Sibyllina. Vide ex. gr. III, 356 sqq., 464 sqq.³, IV, 115 sqq., 130 sqq., 152 sqq.

Ingeniose Romae conditores θηρὸς τέκνα μηλοφάγοι nominantur V, 11 (= XII, 11).

Scriptores libri quinti praeter ceteros odium in Romanos verbis expresserunt flagrantissimis, vv. 162 sqq.:

Ἐσσεται ἐν Θυητοῖς κακοὶ κακὰ μοχθήσασα,
ἀλλὰ μενεῖς πανέργημος ὅλους αἰώνας ἐπ' αὐτῆς⁴
σὸν στυγέων⁵ ἔδαφος, δὲ φαρμακίην ἐπόθησας,
μοιχεῖαι παρὰ σοὶ καὶ παιδῶν μίξις ἀθεσμος,
θηλυργενής ἀδικός τε, κακὴ πόλι, δύσμορος πατῶν.
αἱ αἱ πάντες ἀκάθαρτε πόλι: Λατωνίδος αἴγις.

¹ Cfr quae supra disputavi p. 8.

² Cfr SCHÜRER, I, p. 554.

³ Etiam III, 324 sqq. ad Romanos spectare credo, cfr ALEXANDRE II, 2, p. 362; aliter quidem LÜCKE, HILGENFELD, SCHÜRER.

⁴ ALEXANDRE ad h. l. interpretatur ἵψ' αὐτῆς vel ἵπται αὐτῆς, "sola tecum". Sed verba corrupta videntur; num legendum ἵπται, "in futura tempora"?

μανᾶς ἐχιδνοχαρής, γῆρη παθέδοιο παρ' ὄχθας¹
καὶ ποταμὸς Τίβερις σε κλαῖσσεται, γῆ παράκοιτιν,
ἡ τε μιαυρόνον ἡτορ ἔχεις, ἀσεβὴ δέ τε θυμόν.
οὐκ ἔγνως, τί θεὸς δύναται, τί δὲ μηχανάται;
ἀλλ' Ἐλεγε, 'μόνη εἰμί, καὶ οὐδείς μ' ἔξαλαπάξει'.
νῦν δέ ας καὶ σοὺς πάντας ὅλει θεὸς αἰὲν ὑπάρχων,
κούκ ςτι σου σημεῖον ἔτι² ἔσσεται ἐν χθονὶ κείνῃ³,
ώς τὸ πάλαι, δτε σὰς ὁ μέγας θεὸς εἴρατο τιμάς.
μείνον, ἀθεόμε, μόνη, πυρὶ δὲ φλεγέθοντι μιγείσα
ταρτάρεον οἰκησον ἐς⁴ "Αἰδου χῶρον ἀθεόμον.

Confer etiam tristissimum illud vaticinium, quod supra
(pp. 61 sq.) in examen vocavi.

Et aliam eius modi declamationem hic afferre liceat,
quae optime sententias Sibyllistarum videtur expromere, vv.
386 sqq.:

μητρολέται, παύσασθε θράσους τόλμης τε κακούργου.

σίγγραν, πανόδυρτε κακή πόλι, κάθημον ἔχοντα·
οὐκ ἔτι γάρ παρὰ αὐτὸν τῆς φιλοθρέμμουνος ὅλης
παρθενικαὶ κούραι πύρ ἔνθεον ὀργίσουσιν.
ἔσθεσται παρὰ αὐτοὶ πάλαι πεποθημένος οἶκος,
ἥνικα δεύτερον εἴδον ἐγὼ ῥιπτούμενον οἶκον
πρηγνηδὸν πυρὶ τεγγόμενον διὰ χειρὸς ἀνάγνου,
οἶκον ἀει θάλλοντα, θεοῦ τηρήμονα ναόν,
ἐξ ἀγίων γεγαντά καὶ ἀφθιτον αἰὲν ἔσσα,
ἐκ φυγῆς ἐλπιζόμενον καὶ σώματος αὐτοῦ⁴.

Haec igitur Iudei de imperio Romano sperabant. Et Christianorum nascentem ecclesiam, quippe iudaicae ex maxima parte originis, propter patriae diras calamitates dolere aequum erat. Sed multo acrius iram eorum exardescere necesse erat, quum Romani ipsos persecui inciperent. Quod

¹ Sic BURESCHE, Neue Jahrb. f. Phil. 1892, p. 276.

² BURESCHE, l. c. p. 277 ἐπίσταται et κατανῆ coniecit.

³ ἵς codd.; cfr BURESCHE, Neue Jahrb. f. Phil. 1891, p. 539.

⁴ De vv. 395—402 infra accuratius disputabitur.

primum horribili modo Neronem fecisse constat (Tac. Ann. XV, 44), ideoque in eo ita summum odium suum colloca-
runt, ut ipsum Christi ἀντίτυπον crederent, Antichristi no-
mine designantes¹. Quid igitur magis iis optandum erat
quam finis eius imperii, quod eos non esse sineret? Cui
ergo poenam, seram quidem, sed severissimam vaticinati
sunt Or. Sib. VIII, 14 sq., proverbio vetere utentes:

ἀψὲ θεοῖς μύλοις ἀλέσουσι τὸ λεπτὸν ἀλευρόν.
πῦρ τότε πάντ' ὀλέσει.

Confer VIII, 37 sqq., 60 sqq., 73 sqq. et praecipue 95
sqq., ubi poëta ad κόσμοι τέλος et ἔσχατον ἡμαρ spectat:

αἱ αἱ σοι, ἵτανή² χώρη, μέγα βάρβαρον ἔθνος,
οὐκ ἐνόργανος, δύνεν γομνή καὶ ἀνάξιος ἥλθες
πρὸς φάσις ἡλίοισι, ἦν εἰς αὐτὸν πάλις χῶρον
γομνή χωρῆσαις καὶ διστερον ἐς κρίσιν ἔλθης,
ώς ἀδικωας κρίνουσα
χεροὶ γιγαντεῖσαι μόνη κατὰ κόσμον ἀπαντα
ἐξ ὄφους ἐλθοῦσα κατοικήσαις ὑπὸ γαῖαν.
νάρθη καλαστάτῳ καὶ θείῳ καὶ πυρὶ πολλῷ
ἔξαρανισθήσῃ καὶ ἕσση κόνις αἰώνεσσιν
αἰδομένη· καὶ πᾶς ὁ βλέπων μοκηθυὸν ἀκούσει:
πένθιμον ἐξ Ἀΐδησος μέγαν καὶ βρογχὸν ὀδόντων
καὶ ταῖς σοίς παλάμαις ἀθεα στήθη παταγοῦσαν.

In his vaticiniis iudicandis ALEXANDRE (II, 2, pp. 578 sqq.)
severe Sibyllistas vituperat, quod debito dominis obsequio
relicto Romanis dominantibus perniciem ultimam praedixe-
runt, quin etiam invocarunt. Existimat etiam, Sibyllistas
talibus vaticinationibus pro sua parte ruinam rei publicae
Romanae acceleravisse, male de communi patria meritos.

Equidem longe aliter de his rebus sentio. Nam quo-
modo imperium Romanum patria Iudeorum et Christiano-
rum fuisse dici potest, quibus omnia mala attulit? Qui dei

¹ Cfr supra p. 54 sqq.

² Ἱταλή OPSOPAEUS, ALEXANDRE, fortasse recte.

regnum sperabant, necessario tyrannorum regni interitum laeti exspectabant, nullam aliam viam videntes, qua exspectatam felicitatem consequi possent. Et si inter supplicia et mortis minas suspicari non potuerunt, id quod postea evenit, imperium Romanum christianam religionem accepturum esse, hoc sane iis ignoscendum est, quamquam se vates veridicos esse gloriabantur. Atque hunc rerum eventum certe non ardentissimis votis invocassent¹. Alia certe Christiani sperabant, deum Christi verbis orantes: ἐλθέτω ή βασιλεία σου, vel ut in libro διδ. τῶν ἀποστ. (X, 6) precatio sollemnis exstat: ἐλθέτω χάρις καὶ παρελθέτω ὁ κόσμος οὗτος. Postea quidem, ecclesia christiana ad regnum mundi provecta, regni dei somnia evanuerunt.

Praeterea illae Sibyllinorum declamationes temporibus, quibus prodierunt, novum lumen affundunt². Videmus enim rem publicam Romanam, quae tot et tantis eius aetatis poëtis celebrata esset, gravissima labore laborantem, plurimis quippe hominibus imperio eius subiectis invisam atque exsecratam³.

Hinc opportune transitus paratur ad alteram rem considerandam, democraticum nempe Sibyllinorum ingenium.

In populo Iudeorum iam ante bellorum Syriacorum tempora duae factiones contrariae exstiterunt, quae de summa rerum certabant⁴: optimates sive nobiles, quorum ex numero magistratus maximi (*ἀρχιεπίκοι*) sumebantur, postea Sadducaeorum nomine designati, et populares, plebis potentiae studiosi, Pharisaorum plerumque sectae addicti. Hi autem ad maximam potestatem proiecti sunt Hasmodaeis ipsorum auxilio⁵ contra tyrannidem Antiochi Epiphanis, deinde contra reges Syriacos feliciter seditionis facem prae-

¹ Haec quidem de Christianis; quid autem de Iudeis, quorum omnes spes irritae ceciderunt?

² Cfr BOISSIER, la fin du paganisme, II, pp. 398 sqq.

³ Maxime cum Sibyllinis comparandus est Commodianus, de quo cfr supra p. 60.

⁴ Cfr SCHÜRER, II, pp. 314 sqq.

⁵ SCHÜRER, I, pp. 146 sqq.

ferentibus. Nobilium autem auctoritas in dies magis minuebatur usque ad bellum illud Romanum, ubi et Sadducaeui et Pharisaeorum pars moderatior pacem suadebant, ii autem, qui maxime potestati plebis studebant (*ζηλωται*, ut ipsi se appellabant) belli auctores erant; quo misere finito nomen Sadducaeorum omnino extinctum est¹. Itaque vere dici potest, rei publicae formam Iudeorum circa haec tempora popularer fuisse, ubi omnes aequo iure fruerentur, Pharisaeis auctoritate magis quam potestate civitatem regentibus. Quae tamen liberalitas ad eos solum pertinuit, qui eiusdem sanguinis aut religionis erant; in ceteros nulla benignitas neque benevolentia².

Christianismum autem, a quo Pharisaeorum cogitationes non tantum abhorruisse videntur quantum Sadducaeorum³, initio sententias "democraticis" favisse nemo negare poterit, qui nullis opinionibus praeceptis evangelium Lucae perlegerit⁴. Praeterea de hac re satis erit primae ecclesiae constitutiones commemorare, ab ea rei publicae forma non prorsus absonas, quam conditiones et discrimina tradita tollentem nostris temporibus in dies magis commendari constat⁵.

Haec dicta volui, ut sententias de his rebus similes Sibyllinorum, quae iam afferendae sunt, in partibus oraculorum christianis occurrentes⁶, vere e cogitationibus, quas nova religio initio amplexa esset, originem duxisse appa-

¹ Vide SCHÜRER, I, pp. 550 sqq.

² Cfr Juvenal. Sat. XIV, 101 sqq.:

Iudaicum ediscunt et servant ac metaunt ius,
tradidit arcane quodcumque volumine Moyees,
non monstrare vias eadem nisi sacra colentii,
quasitus ad fontem solos deducere verpos.

³ Cfr E. HAVET, le christianisme et ses origines, IV, pp. 36 sqq.

⁴ Cfr E. HAVET, I c. pp. 291 sqq.

⁵ Vide Act. apost. IV, 32 sqq.

⁶ Iam in partibus antiquioribus similia dicta inveniuntur, velut III, 247:

πάσις γὰρ οὐρανίος κοινήν ἐτελέσσατο ταῖς.

Cfr etiam postea Philonis, clarissimi Iudeorum philosophi, libellum *περὶ τῶν πάντων σπουδαίων στοντὸν Ἰησοῦθερον.*

reat. Quod quidem etiam per se veri simile erat: unde enim alias sumptae essent?¹

Sed in eo Sibyllistae laude digni sunt, quod libere his sententiis usi, supra modum quidem libertatis sincero desiderio se attollentes, carminibus suis novum atque insignem colorem vindicarunt.

Clarissime illae cogitationes expressae sunt Or. Sib. VIII, 17 sqq.: ex "auri sacra fame" omnia humanae sortis discrimina oriunda praedicantur, in dicitum tyrannida acerbissime dicta funduntur:

ἀρχὴ πᾶσι κακῶν φιλοχρημασύνη καὶ ἀνοικ.
χρυσοῦ γάρ δολίου καὶ ἀργυρίου πόθος ἔσται.²
οὐδὲν γάρ τούτων θυγητοὶ μεῖζον προέκριναν,
οὐ τάχος ἡλίου, οὐκ οὐρανόν, οὐδὲ θάλασσαν,
οὐ γαῖαν πλατύνωσον, οὐτεν φύσισιν ἄπαντα,
οὐ τὸν πάντα διδόντα θεόν, γεννήτορα πάντων,
οὐ πιστὸν τούτων καὶ εὐεξίτην προέκριναν.

* * * * *

γαῖα θ' δροῦς ἔξει καὶ φρουροὺς πᾶσα θάλασσα
πᾶσι μεριζομένη δολίως τοῖς χρυσὸν ἔχοντας·
ώς αἰνεῖται θέλοντες ἔχειν πολιυθρέμμονα γαῖαν
πορθῆσσοι πένητας, ἵν' αὐτοὶ πλείσαντα χώρουν
προσκορίσαντες ἀλαζονίην παταδούλωσασιν.
καὶ μὴ γαῖα πέλωρος ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόβαντος
τὸν θρόνον εἰχει μακρήν, οὐκ ἦν ἵσον ἀνδρασι φέγγος,
ἄλλ' ἀγοραζόμενον χροσῷ πλουτοῦσιν ὑπῆρχεν
καὶ πτωχοῖς αἰών' ἔτερον θεὸς γῆτοιμαζεν.

¹ Dogmata Stoicorum (qui fere soli in antiquitate omnes homines genere pares esse contenderunt, cfr Ciceronis Paradox. V), quae foris aliquis hoc allata voluerit, aliud tamen videntur spirare, sapientium nempe quandam ἀρεστοχρηστίαν (cfr ZELLER, Philos. der Griech., III, 1^o, pp. 248 sqq.). De qua nihil in Sibyllinis, quamquam Stoicos in his rebus ex aliqua parte cum Christianis consensisse appareat.

² Cfr pseudo-Phocyl. 27 sqq., 42 sqq., Or. Sib. III, 234 sq.

Atque in fine saeculi, post decimam aetatem¹, fore ut aequentur omnium hominum sortes sperant Sibyllistae, VIII, 208 sqq.:

*καὶ κοινὸς πάντεσσι βίος καὶ πλοῦτος ἔσειται².
γαῖα δὲ τὴν πάντων, οὐ τείχεσιν, οὐ περιφραγμοῖς
ἐκπρομεριζομένη³ καρποὺς τότε πλείονας οἴσει.*

Quae vaticinationes plenius extant II, 319 sqq.:

*γαῖα δὲ τὴν πάντων, οὐ τείχεσιν, οὐ περιφραγμοῖς
ἐκπρομεριζομένη³ καρποὺς τότε πλείονας οἴσει
αὐτομάτῃ, κοινὸς τε βίος καὶ πλοῦτος ἀμοιρος.
οὐ γὰρ πτωχὸς ἔκει, οὐ πλούσιος οὐδὲ τύραννος,
οὐ δοῦλος, οὐτ' αὖ μέγας, οὐ μικρός τις ἔτ' ἔσται,
οὐ βασιλεῖς, οὐγ' ἡγεμόνες· κοινὸς ἀμπα πάντες⁴.*

Ubi tamen non de hac terra agitur, sed de beata piorum futura sede,

ἔνθα πέλει τρίβος ἀθάνατος μεγάλοισα θεότο.

Et in descriptione inferni supra laudata illae spes recurunt, VIII, 110 sqq.:

*οὐδεὶς δοῦλος ἔκει, οὐ κύριος, οὐδὲ τύραννος,
οὐ βασιλεῖς, οὐγ' ἡγεμόνες μάλα τύφον ἔχοντες,
οὐ νομικὸς ὥρτωρ, οὐκ ἀργῶν χρήματα ιρίνον.*

¹ Similiter post decimam aetatem pax et libertas praedienuntur II, 30 sqq.:

*καὶ γῇ καρποφόρος καρποὺς πάλι πλείονας οἴσει
οὐδὲ μεριζομένη οὐδὲ εἰσέτι λατρεύοντα.
πᾶς δὲ λιμήν, πᾶς δῆμος ἐλεύθερος ἀνθρώποισιν
ἔσσεται, ὡς πάρος ἡγεμονίη, ἀναιδεῖη, τε ἀπολεῖται.*

Ad v. 31 MENDELSSOHN (Philol. 1890 p. 245) coniecit διαμεριζομένη, vix recte, ut mihi videtur.

² Cfr pseudo-Phocyl. 80:

*ἔστω κοινὸς ἀπας ὁ βίος καὶ δημόφρονα πάντα,
qui versus aliter formatus in Sibyllina translatus est II, 90.*

³ Conjectura BZACHII.

⁴ Hi duo loci comparati eorum opinioni favere videntur, qui librum octavum ex libri secundi antiquioribus partibus hausisse arbitrantur. Sed res incertissima est, cfr supra p. 14.

Confer etiam VII, 145 sqq.

Cogitationes autem, quae hic tractatae sunt, ad christianaे religionis mandata pulchre revocantur VIII, 484 sqq.:

τοῦνεκ' ἄρ' ἐξ ὁσίης γῆμας Χριστοῦ γενέθλης
οὐρανίον περιβάτες ἐπικλεόμεσθα σύναυμοι:
μνήστιν ἐνφροσύνης ἐπὶ θρησκείην κατέχοντες,
εἴσεβίης τε καὶ ἀτρεκίης βαίνοντες ἀταρποῖς.

V.

In hac disputatione, postquam de Sibyllinorum origine et ingenio egi, non a re alienum videtur iudicium meum de poësi Sibyllina proferre. Quamquam difficultates, quibus omnia huius generis iudicia laborare necesse est, optime video. Neque sententias meas ab iis probatum iri spero, qui de argumentis, quibus Sibyllistae operam suam navarunt, aliter sentiant.

Iam de Sibyllinorum poësi duo viri docti iudicia satis dissimilia protulerunt: ALEXANDRE, studiorum Sibyllinorum facile princeps, et EWALD, qui disputatione sua Abhandlung über Entstehung, Inhalt und Werth der Sibyllischen Bücher gloriam in aliis optime meritam ausisse vix videtur.

EWALD in Sibyllinis laudandis immoderatus est: iam primum de poëmate antiquissimo Sibyllino, quod falso, ut mihi videtur, paene toto libro tertio (inde a. v. 97 usque ad libri finem) contineri arbitratur, hoc modo iudicat (p. 9): "es ist als ob seine einzige Schönheit Herrlichkeit und Kraft von allen späteren Lesern Nachahmern und Sammlern immer so unwiderstehlich richtig und stark empfunden wäre dass es sich noch in den spätesten Sammlungen Sibyllischer Sprüche fast vollständig erhielt". Et p. 41: "Sehen wir endlich noch auf das Verhältniss dieses Sibyllengedichtes zu verwandten Schriften und seinen allgemeinen Werth, so werden wir es unstreitig für eins der schönsten

und herrlichsten Dichterwerke der letzten Hälfte des zweiten Jahrhunderts vor Chr. halten, ja wohl für das herrlichste welches sich aus jener Zeit erhalten hat*. De quarto libro, qui calamitates omnis generis tristissimis verbis vaticinatur, iudicium EWALDI mirum est, p. 50: "dieses lieblich zarte Sibyllen-Eidyllion". Etiam liber quintus supra modum laudatur (vide p. 51), sicut libri sextus et septimus (p. 69). Octavi libri priorem partem (vv. 1—360) non tanti aestimat, p. 76: "Allein zum ersten mahle bemerk't man bei unserm Dichter eine bedeutende Abnahme an dichterischer Kraft und Frische¹", alteram autem partem (vv. 361—500: "ein nicht Sibyllisches Gedicht") immoderatissimis laudibus ornat pp. 79 sq. Libris I, II, III, 1—96, XI—XIV, ut par erat, parciores laudes concedit.

ALEXANDRE (cfr. praecipue II, 2 pp. 615 sqq.) in Sibyllinis iudicandis primum summo iure II. XI—XIV, "qui infra ceteros nimium quantum demissi sunt", omittit, deinde argumentis Sibyllinorum in certas classes distributis iudicat, partes historicas coloribus poëticis mediocriter ornatas esse, hymnos in lyrica sublimitate affectanda plerumque deficere (exceptis libri VIII vv. 430 sqq.), gnomicas partes, prooemio et medio libro octavo exceptis, a patula vilique orbita non discedere, vaticinationes autem nimis inter se cognatas et similes esse, tamen interdum (ut in libro quinto declamationes adversus Romanos) satis facundas². Nonnullis tamen locis poëticam Sibyllistarum mentem iudex ille iustissimus agnoscit; primum autem in arte poëtica locum libri octavi fini attribuit, unde hoc specimen poësis Sibyllinae affert, quod mihi quoque pulcherrimum videtur, VIII, 430 sqq. (de deo omnipotenti):

αὐτογένητος ἄγραντος ἀληθινὸς ἀέναος τε
σύρανθεν λαχοῖ μετρῶν πυρόεσσαν ἀντιμήν.

¹ Cuius rei quum alias tum hanc singularem causam affert, quod scriptor propriam sibi Sibyllam excogitare non valuerit.

² Hoc loco vir doctissimus carmen pseudo-Manethonis cum Sibyllinis comparat, sed non tam propter argumentorum quam propter graecitatis et rei metricae similitudinem, quae huc non propius pertinet.

καὶ πατέρων σκῆπτρον κατέχεις σὸν ἀπεγένετο πορσῷ
πρηθύνεις τὰ βαρυκτυπέων δουπῆματα βροντῶν,
γὴν δὲ χλονῶν κατέχεις ἡσιγήματα
κάστεροπῶν μάστιγας ἀπαμβλύνεις ποριφεγγεῖς¹.

Affert etiam locos VIII, 463 sqq. (de caelesti ad Mariam virginem nuntio), quem tanti aestimare non possum, et VIII, 484 sqq., cuius partem supra attuli.

Ut iam ipse proferam, quid de poësi Sibyllinorum sentiam, diversas argumentorum species separatim iudicio meo subiiciam.

Constat, multas Sibyllinorum partes ad rerum historiam, et sacram et profanam, pertinere. In saera historia narranda Sibyllistae librorum sacrorum, interdum apocryphorum², vestigia satis serviliter premunt. Neque igitur in his rebus narrandis eximiam Sibyllina laudem merere videntur neque tamen carminibus christianis, quae proximis saeculis in tali παραρράσει versabantur, inferiora iudicanda sunt. Confer ex. gr. Iuvenci libros evangeliorum³. Altius spirant Or. Sib. VIII, 457 sqq., ut ALEXANDRO quoque visum est.

In antiquissima historia Sibyllistas Hesiodi carminibus insulsissime usos esse iam supra ostendi (p. 25 sqq.). Ad profanam historiam (ubi ad exemplum libri Danielis res gestae ad universales rationes revocantur) propius accedunt vaticinationes post eventum fictae, maxime in ll. XI—XIV de historia Graeca et Romana occurentes, quas nihil a vera historia distingue videtur, nisi quod tempore futuro utuntur. Hic igitur Sibyllistae epicis poëtae esse voluerunt, Homerum imitari studentes⁴. Quod autem poëtis nostris

¹ Textum RZACHII, ut alias fere, secutus sum, apud quem vide scripturas discrepantes. Praeterea VAN HERWERDEN (Moemos, 1891, p. 367) pro μαρτίῳ proposuit χρυσόμων vel ρυπτόν.

² Cfr. supra, pp. 26 sq.

³ De aliis eius modi scriptis christianis cfr. EBERT, Geschichte der christlich-lateinischen Literatur² (1889), pp. 118 sqq.

⁴ Confitentur ipsi III, 419 sqq.

minime contigisse non est quod miremur. Maxime offendunt acrostichia, aenigmata aliaque eius generis, quibus oratio saepissime obscura, atque adeo putida efficitur.

Sextus Sibyllinorum liber totus hymnum continet in Christi laudem compositus; etiam in libri octavi fine (vv. 481 sqq.) hymnum, truncatum quidem, agnoscimus. Qui non prorsus laude indigni videntur, pretiosissimi vero sunt, poësis christiana antiquissimae specimina haud contemnenda praebentes¹. Atque vere dici potest, Sibyllina omnium carminum Christianorum, quae antiquis metris utantur, antiquissima esse. Constat enim poëtas novae religioni addictos initio superstitione quadam adductos illis metris uti veritos esse ideoque poësin christianam hoc nomine dignam satis sero exstitisse. Quod autem de illa animadverte licet, haereticos in primis hymnos pangendi artem aliisse², id optime in librum Sibyllinorum sextum quadrat, quem sententiis haereticis imbutum esse constat³.

In carminibus Sibyllinorum gnomicis taedium movent declamationes de uno deo saepissime repetitae; vide de hac re iudicium paulo severius supra citatum, quod BOUCHE-LECLERCQ de notione dei Sibyllinorum protulit, et quae ipse ad id animadverti⁴. Quae tamen in religiones paganorum funduntur, interdum acutiora videntur celsosque atque superbos animos saepe spirant.

His breviter expositis ad extremum transeo ad argumenta, quae oraculorum Sibyllinorum propria sunt.

In vaticiniis tristissimis adversus urbes et terras diversas fundendis Sibyllistas exempla Erythraeae Sibyllae

¹ Quos, si libet, confer cum ceteris hymnis christianis antiquissimis, Sibyllinis tamen ex maxima parte recentioribus, qui nobis restant, quorum plurimos collegerunt CHRIST et PARANIKAS (*Anthologia graeca carminum Christianorum*, pp. 3 sqq.). Cfr BOISSIÈRE, les origines de la poësie chrétienne: les apocryphes et les sibyllins (*Revue des deux mondes* 1875, III, pp. 92 sqq.).

² Cfr CHRIST et PARANIKAS, l. c. pp. XVI sqq.

³ Cfr quae infra de VI, 6 sqq. disputabuntur.

⁴ pp. 18 sq.

imitatos esse veri simile videtur¹. De illis vaticiniis vide iudicium Heracliti supra² allatum, quod ad nostra quoque referri potest. Inter quae tamen declamationes in Romam editas quippe odio vehementissimo inflammatas supra solitum modum se attollere iam monui. Odium enim illud, etiamsi moribus Sibyllistarum obiici potest³ poësi ingenuae interdum maxime necessarium est. Quod quum illis propter iustissimas causas exarsisse videtur, legentibus miserationem et favorem quendam movet.

Si igitur odium ardentissimum ad carmina animanda atque illustranda aliquantum valebat, multo magis amor et cupiditas incensa promissae futurae libertatis felicitatisque. De Messia et regno eius Sibyllina haud contemnenda testimonia exhibent⁴. Et inter apocalypses, quae nobis restant, quamquam non primum locum (non enim cum libro Danielis neque cum apocalypsi Ioannea comparanda sunt), insignem tamen iure videntur obtinere. Quae apocalypses postea pullularunt (a TISCHENDORFIO editae: apocalypses apocryphae), quanto Sibyllinis inferiores sint, primo aspectu apparere credo.

Hinc etiam intelligere licet, cur libri Sibyllinorum tantam in ecclesia christiana auctoritatem nacti sint⁵. Neque enim legentes acrostichidem illam celebratam, qua nulla fere iudicii extremi descriptio praeclarior exstat, miramur in hymno illo Thomae a Celano vulgo tributo Sibyllam cum Davide diei irae, quae "solvet saeculum in favilla"⁶, testem citari.

Omnibus autem temporibus cogitationes, quas diserte

¹ Multa etiam ab antiquis oraculis graecis sumpta sunt, cfr p. 6, n. 1.

² p. 39.

³ ALEXANDRE, II, 2, pp. 574 sqq.

⁴ Cfr supra, pp. 42 sqq.

⁵ Vide ALEXANDRE, II, 2, pp. 254 sqq. — Quod tamen credulitati doctorum christianorum (utinam ne etiam frandi, "piae" quidem) lumen iniucundum affundere, neminem fugere potest.

testantur Sibyllina, communes sunt, quibus praesentia non placent, futura autem spei fallacis lumine splendent. Illos ergo hodie quoque credo Sibyllina legentes moveri atque delectari, qui, neque rerum natura perspecta edocti neque somniorum veterum obliti, sicut Romanus quondam poëta magnum saeclorum ordinem brevi tempore nasciturum sperant.

De nonnullis locis Sibyllinorum quaestiones criticae et exegeticae.

Textum Sibyllinorum pessime nobis traditum esse inter omnes constat, qui his libris operam navarunt; sed quo modo sanari possit magnopere inter viros doctos ambigitur.

De codicibus Sibyllinis duo viri nunc maxime in his studiis versantes, RZACH et BURESCH, quorum alter editione sua optime de Sibyllinis meritus est, alter compluribus scriptiunculis, ephemeridibus philologicis insertis¹, textui Sibyllinorum profuit, contraria sentiunt. RZACH enim VOLKMANN secutus codicum classem Ω adeo ceteris superiorem esse existimat, ut scripturam eius, neglectis reliquis, unice sequendam esse censeat²; fragmentis Sibyllinorum, quae plura apud Lactantium reperiuntur, quorum lectiones plerumque cum codd. Ω consentiunt, vir doctus summum pretium tribuit. Cfr RZACH, Krit. Stud. zu den Sibyllin. Orakeln (Wien 1890) init., praefationem Sibyllinorum editionis, Neue Jahrb. f. Phil. 1892 pp. 432 sqq. BURESCH contra eum probare conatus est, classes Φ et Ψ multo maioris pretii esse; vide praecipue Neue Jahrb. f. Phil. 1891 pp. 543—51; fragmentorum vero Lactantianorum nullam prorsus rationem habet³. De aliis quoque rebus, quae hoc pertinent, viri docti valde dissentiunt.

Quorum certamini me nunc immiscere nefas puto, praesertim quum de singulorum codicium pretio mihi nondum certe persuaserim. Hoc solum contendo, omnium co-

¹ Neue Jahrb. f. Phil. 1891, pp. 529 sqq., 1892, pp. 273 sqq., Philol. 1892, pp. 81 sqq., 422 sqq., Rhein. Mus. 1892, pp. 329 sqq.

² Agitur praecipue de ll. IV, VI, VIII, 1—9, 218—428.

³ Cfr praecipue Jahrb. 1891, p. 543, 1892, pp. 283 sq.

dicum textu pessime nobis tradito nullam classem ita videri ceteris praeferendam esse, ut reliqui negligendi sint.

Neque de locis Sibyllinis, quos antea plurimos tentarunt viri docti, nova excogitare mihi licere putavi, nisi ubi falso eos diiudicatos esse mihi persuasi. De coniecturis autem sic sentio, plerasque falsas esse, tantum non omnes incertas; cur igitur incertis incerta addenda sunt? Sed in hoc Sibyllinorum corpore, ubi saepissime textus misere depravatus est, ii, qui quoquo modo medelam locis desperatis adhibere student, veniam videntur mereri.

II, 234 sq.

*ἡδ' ὑπόσως θῆρες τε καὶ ἔρπετὰ καὶ πετεγά
θοινήσανθ', ἀλέκς ταύτας ἐπὶ βῆμα καλέσσει.*

In v. 235 θοινήσανθ', ἀλέκς ingeniosa est coniectura RZACHII pro codicum θοινήσαντο, ὅλας. Sed scriptura codicum mea quidem sententia bene defendi potest.

Iam primum hiatus nullam offensionem habet, cfr IV, 165 λούσασθε δλον δέμας (ubi quidem in caesura trochaica), praecipue quum interpunctione adiuvetur; cfr RZACH, Metrische Stud. zu den Sib. Or. (Sitzungsber. der Akad. der Wiss. in Wien CXXVI, IX, 1892) p. 66.

Neque interpretatio magnam difficultatem praebet. Verunt ALEXANDRE: "omnes adducet", FRIEDLIEB: "sie Alle zumal wird er zum Richtstuhle rufen", δλας idem ac συμπάσως significare existimantes. Quod quidem fieri potest: confirmant exempla apud recentiores poetas extantia. Sed haud scio, an hoc loco primaria vocis δλος vis ("integer", ὁγῆς καὶ δλος Lys. 104, 12, cfr Plat. Meno 77 A εἰς τας δλην καὶ ὁγῆ) optime in sententiarum contextum quadret, considerans opiniones antiquissimorum Christianorum, qui se totos (omnibus corporis partibus servatis) resurrecturos sperabant in eoque certi haerebant. Quas spes simili modo Prudentius diserte testatus est, Apoth. 1062 sqq. (v. 1065: et totus veniam), confer Commodianum, C. A. 143 sq. (DOMBART):

Sit licet nunc pulvis, iaceant licet ossa nudata,
integratur homo, fuerat qui mortuus, olim.

Similiter Sibylla ipsa paulo supra II, 221 sqq.:
 καὶ τότε νερτερίοις φυγὰς καὶ πνεῦμα καὶ αἴσθη
 δώσει ἐπουράνιος καὶ τὸ ὅστεα ἀθμοσύνηντα κ. τ. λ.

Et hoc loco videtur dicere voluisse, omnes homines, quocumque casu interiissent (vv. 233 sqq.), totos atque integros in iudicium venturos esse.

II, 334 sqq.

λεξάμενος γάρ ἑσαῦτις ἀπὸ φλογὸς ἀκαμάτοι,
 ἄλλος ἀποστῆσας, πέμψει διὰ λαὸν ἑσυτοῦ
 ἐς ζωὴν ἑτέρην καὶ αἰώνιον ἀθανάτοισιν¹ κ. τ. λ.

V. 334 codices corrupte praebent εἰσταθεῖς, ALEXANDRE olim ἔκαστον coniecit, NAUCK ἑσαῦθις. Sed sententia non eluet. Num levi sane mutatione ἐς ὕστατ', "ad ultimum", legendum est? Hanc enim sententiam poëtae esse credo, impiorum poenas diuturnas quidem futuras esse, non tamen aeternas, cui opinioni adversatur scriptor ἀντιρρήσως, quae in fine secundi libri occurrit: οὐδὲ γάρ λήξει ποτὲ τὸ πῷ
 κολάζον τοὺς κατακεκριμένους.

III, 29 sqq.

οὐ σέβετ', οὐδὲ φοβεῖσθε θεόν, ματαίως δὲ πλανάσθε
 προσκυνέοντες ὅφεις τε καὶ αἰλούροις θίουντες
 εἰδώλοις τ' ἄλλοις λιθίνοις τ' ἀρρεβόμενοι φωτῶν,
 καὶ ναοῖς ἀθέοις καθεζόμενοι πρὸ θυράων.
 τηρεῖτε τὸν ἐόντα θεόν, δις πάντα φυλάσσετε,
 τερπόμενοι κακότυτη λίθων κρίσιν ἐκλαθέοντες²
 ἀθανάτοις σωτῆρος, δις οὐρανὸν ἔκτισε καὶ γῆν.

ALEXANDRE (ed. prior.) v. 33 sententiarum ordinem rumpere putavit, nisi τηρεῖτε vertendum esset "manetis, secure exspectatis" (coll. V, 75 κακοὶ κακότυτα μένοντες). Quam interpretationem in ed. secunda fidentius amplexus est. Atque melior videtur quam interpretatio FRIEDLIEBII, quae ultro se

¹ MENDELSSOHN (Philol. 1890 p. 248) αἰώνιον ἀθανάτιον coniecit.

² Sic codd.; efr BURESCHE, Philol. 1892 p. 493.

legentibus offert, contextui autem sententiarum nullo modo apta est:

Inn den Gott welcher ist verehrt cet.

RZACH autem hanc versionem praeferre videtur, in ann. crit. conferens fr. I, 15.

Mihi vero interpretatio ALEXANDRI et ipsa satis abrupte in sententiarum contextum intrusa videtur: exspectamus saltem ἄλλὰ τηρεῖτε. Fortasse sententiarum coniunctio tolerabilis evadit, si interrogationis signo post v. 32 posito, τηρεῖτε imperativum accipientes sic fere vertimus: cavete deum. Hanc enim vim verbo τηρεῖν inesse lexica docent; tum etiam asyndeton bene se habet.

III, 175—193.

In hac oraculorum parte de imperio Romano agitur, quod post Graecos rerum potitum poëta vaticinatur. Romanis imperantibus maximae calamitates futurae praedicuntur, quas tum finem habituras esse, quum rex origine Graecus septimum Aegypti regnum possideat.

Sed in hoc loco multa offendunt. Iam primum vv. 180, 181 male in sententiarum contextum convenire nemo non videt, neque scio, an recte VAN HERWERDEN (*Mnemosyne* 1891, p. 357) eos uncis incluserit¹. Deinde vv. 182 sqq. enuntiatorum subiectum in pluralem numerum mutatur, quod quidem tolerari potest. Sed vv. 186 sqq. pergit vaticinium:

καὶ ξαστατοὶ γῆματι κείνοις
Θλίψις ἐν ἀνθρώποις μεγάλη καὶ πάντα ταράξει
πάντα δὲ συγκόψει καὶ πάντα κακῶν ἀναπλήσει κ. τ. λ.

Quis iam πάντα ταράξει? Θλίψις minime subiectum enuntiati esse potest, neque alia vox intelligi potest quam ἀγχή, quae initio vaticinii occurrit, hic autem longius petita videtur. Accedit quod v. 187 καὶ πάντα ταράξει etiam V, 30 (= XII, 82) invenitur, de Nerone dictum, et v. 188 totus III, 613 de Antiocho Epiphane praedicatur, ad quem multo

¹ Similiter BURESCH, *Neue Jahrb. f. Phil.* 1892 p. 436 verba πάντα δὲ ξαστατοὶ βροτούς (vv. 180—182) interpolata existimat.

melius pertinet. Etiam in v. 191 subiectorum numerus variat, ita ut *αὐτοῖς* de Romanis intelligendum videatur, quorum imperium sub septimo Aegypti rege¹ finem habiturum poëta sperat. Quod sane mirum videtur; nam illo tempore nulla causa Iudeis erat, cur Romam odio haberent et exitium eius optarent.

Praeterea observandum est ad vv. 186, 187

καὶ ἔσσεται ἡμέας καίνοις
θλιψὶς ἐν ἀνθρώποις μεγάλῃ

eandem sententiam in evangelio Matthaei XXIV, 21 occurrere, ubi de ultimis saeculi rebus agitur: *ἔσσεται γὰρ τότε θλιψὶς μεγάλη, οἵτινες ἐγένετο ἀπὸ ἀρχῆς κόσμου ἕως τοῦ νῦν οὗδ' οὐ μὴ γένηται*².

Propter ea, quae attuli, non possum non suspicari, hunc locum interpolationibus scatere, a quibus nunc textus purgari non potest. Neque facile crediderim, eum inter antiquissimas oraculorum partes numerandum esse.

III, 450.

Ἐβράπης δὲ Ἀσίης τε λεωφ. μῆτιστά † περ ἄλγη.

Textum h. l. corruptum esse neminem praeterire potest, neque coniecturae, quae prolatae sunt (vide RZACH ann. crit.), tolerabiles videntur. Evidem scripserim *περάνη* (*ΠΕΡΑΝΗΙ > ΠΕΡΑΛΓΗ*), “atrocissima facinora perpetrabit”, quae verba sententiae satisfacere possunt.

¹ Septimus hic rex Ptolemaeus Philometor esse videtur, cfr supra p. 11. Mihi vero hoc loco suspicionem movet ipsa temporis definitio vv. 192 sqq.:

ἄγρι πρὸς ἑρδομάτην βασιλεῖδα, τῆς βασιλεύος:
Αἰτότεο βασιλεύε, δε ἀφ' Ἐλλήνων γένος ἔσται.

Quae mihi ad exemplar loci antiquioris III, 608 sqq. videtur esse conformata, sed obscurius expressa. Illo enim loco idem rex satis clare definitur, hic autem confuse, nam verba δε ἀφ' Ἐλλήνων γένος ἔσται falsae opinioni favere videntur, quasi non priores Aegypti reges graecas originis fuerint.

² Hanc evangelii partem ex quadam apocalypsi indica sumptam esse veri simile videtur.

III, 732 sqq.

Ἄλλοι, τάλαιν' Ἑλλάς, ὑπερίφρανα πάντα φρονοῦσα·
λίσσεο δ' ἀθάνατον μεγαλύτορα καὶ προφύλαξαι.
στεῖλον δη̄ ἐπὶ τῆνδε πόλιν πάλι¹ λαὸν ἔβουλον,
ὅς τε μὲν ἐξ ὁστῆς γαῖης πέλεται μεγάλοισ.

Hunc locum variis modis intellexerunt viri docti. BLEEK (Theol. Zeitschr. I p. 234) poëtam his versibus Graeciam hortari existimavit, ne populum contra Hierosolyma mitteret; proposuit igitur v. 734 στεῖλαι μή pro στεῖλον δή. BLEEKIO assensus est GROERER (Philo II p. 160), qui hac interpretatione accepta v. 735 ut spurium reiiciendum esse vidit. EWALD (Abhandl. p. 21, efr n. 3) singularem de hoc loco sententiam protulit: "Da muss sich in den Ptolemäischen Ländern wo überall sehr viele Judäer mitten unter den Griechen wohnten von der einen Seite das Gerücht von der andern die Furcht verbreitet haben König Physkon wolle aus den so zahlreichen Judäern seiner Länder ein eignes Heer bilden und es gegen Jerusalem führen". — "Aber nothwendig ist dann μή für δή zu lesen" ². Interpretatur autem:

"Rüste nicht gegen die Stadt das rathlose niedere Volk aus, Welches sich weiss aus dem heiligen Lande des Höchsten entsprungen!"

Hanc sententiam minime veram iudico, quamquam EWALDIO necessaria videtur. Nullam enim causam excogitare possum, cur rex Aegypti, si Iudaeis bellum inferre vellet, Iudeorum potissimum exercitum contra cives ipsorum mitteret, quod inceptum amentis mihi videtur.

ALEXANDRE (ed. sec. p. 359) hoc loco ad seditiones Machabaeorum alludi existimavit: "Minime dubium est iam ab anno 170 seditionum semina in Iudaea intumuisse; sequeque addi potest Alexandrinae multos Iudeorum (pars erat haec immensae civitatis fere tertia), iuvenes praecipue, auxilii

¹ πάλι: incerta BZACHTI conjectura est.

² "στεῖλον μή, videlicet pro μή στεῖλαι vel μή στεῖλης, nec graeco nec vere" (ALEXANDRE³ p. 359).

suis ferendi causa, pronus in armatam emigrationem fuisse. Hos, aegre licet, compescebat, propter foedera cum Antiocho discedente pacta, Ptolemaeorum prudens consilium. Quae omnia, quamquam verbis involutis, aperte satis exponere nobis videtur Sibyllinus hic locus¹. ALEXANDRO assensus est FRIEDLIEB (Einleit. pp. XXXVI sq.); sic fere etiam DELAUNAY (Moines et Sibylles p. 366).

Evidem, si v. 735, quem vix reiicere licet, retinemus, textum traditum v. 734 servandum esse censeo. Et sententiam bene contextui carminis aptam esse credo. Nam felicia tempora poëta canit, ubi populum Iudeorum omnibus hostibus devictis pace et imperio fruiturum esse sperat, cfr vv. 702 sqq. Vetus autem opinio erat fore ut omnes Iudeorum tribus dispersae in unum congregarentur, antequam bellum hostibus inferre possent. De decem tribuum reditu cfr supra p. 70¹. Vide etiam Psalm. Salom. XI, 3 sq.: στὴθι· Ἱερονασκήμη ἐφ' ὑψηλοῦ, καὶ τὸς τὰ τέκνα σου ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ διασμῶν συνγεγμένα εἰσάπαξ ὑπὸ κυρίου· ἀπὸ βαρρᾶ ἔρχονται· τῇ εὐφροσύνῃ τοῦ θεοῦ αὐτῶν, ἐκ νήσων μακρόθεν συνήγαγεν αὐτοὺς ὁ θεός². Cfr etiam Psalm. Salom. XVII, 28.

Si haec ita sunt, quid impedit, quominus Sibyllistam ad illas Iudeorum spes respexisse credamus et propter eas Graeciam hortatum esse, ut Iudeos in patriam suam bellum ultimum gesturos reverti sineret?

III, 744 sqq.

γῇ γάρ παγγενέτειρα βροτοῖς δώται τὸν ἄριστον
καρπὸν ἀπειρέσιον σίτου οἴνου καὶ ἐλασίου·
αὐτάρ ἀπ' οὐρανόθεν μέλιτος γλυκυκεροῦ ποτὸν γῆδὲ
δένδρεά τ' ἀκροδρόμων καρπὸν καὶ πίονα μῆλα
καὶ βόσις ἔη τ' οἴνον³ ἄρνας αἰγῶν τε χυμαῖρας·
πηγάς τε ἡγέται γλυκερὰς λευκοῖς γάλακτος·
πλήρεις δ' αὐτει πόλεις ἀγαθῶν καὶ πίονες ἄγροι
ἔσσονται.

¹ Cfr SCHÜBER, II, pp. 452 sqq.

² Cfr RYLE et JAMES, Ψαλμοὶ Σαλαμινίτος (Cambridge 1891) ad h. l.

³ Correxit VOLKMAN. Cfr præterea BLACHII annot. crit.

Saecula felicia futura hic verbis quidem in tali argu-
mento usitatissimis, sed tamen satis confuse describuntur:
v. 746 inscite terra "a caelo" mel dulce hominibus dare
dicitur, sicut v. 748 ἐξ διων ἄρνας et ἐξ αἴγαν χυμοίας (v.
749 optime ad ὑγεῖαν vox γη intelligenda est); sed maxime
offendunt verba δένδρεα τ' ἀκροδέριων καρπόν. Non enim
interpretari licet δένδρεα <δώσει> ἀκροδέρον καρπόν, nam quo
modo tum intelligenda sunt quae sequuntur καὶ πίονα μῆλα?
Neque sic verba accipi possunt, ut δένδρεα et καρπόν obiecta
verbi δώσει sint, vetat enim particula τα semel modo post
vocem δένδρεα posita. Textus igitur hoc loco corruptus
videtur atque levi mutatione legi potest

δένδρων τ' ἀκροδέριων καρπόν καὶ πίονα μῆλα.

Vox enim ἀκροδέρων arbores quoque significat, vide
Xenoph. Oec. XIX, 12, Plat. Critiae p. 115 B.

Et terra arborum fructum hominibus dare sicut ex
ovibus agnas et ex capris haedulas (cfr v. 748) dici potest.

V, 8 sq. = XII, 8 sq.

καὶ μετὰ τὸν γενεῆς τε καὶ αἷματος Ἀσσαράνοιο,
ὅς μόλεν ἐκ Τροίης, ὃς τις πυρὸς ἔσχισεν ὄρμήν, κ. τ. λ.

Sic codd. Ω; codd. Φ praebent v. 9 ἐξ εἰς Τροίην,
codd. Ψ δεθ' εἰς Τροίην, corrupte¹. — Agitur de Aenea,
de quo quidem recte dici potest: ὃς μόλεν ἐκ Τροίης; sed
quo modo quae sequuntur verba ὃς τις π. ἔσχ. ὄρμ. apte
cum praecedentibus coniungi possunt?

Recurrunt autem haec verba XI, 150, ubi plenius Aeneas
describitur:

Ἔξει δ' ἐκ Τροίης²
. . . . παπταίνων, ὃς τις πυρὸς ἔσχισεν ὄρμήν
αἰθορένης Τροίης.

Ubi nulla est obscuritas. Hie autem enuntiata duo
ὅς μόλ. ἐκ Τρ. et ὃς τις π. ἔσχ. ὄρμ. simul tolerari vix pos-
sunt. Et verba ὃς τις πυρὸς ἔσχισεν ὄρμήν, quae in omnibus

¹ V. 8 lectio codd. ΦΨ ἔσχονται sine dubio deterior videtur.

² Sie recte ALEXANDRE.

codd. servata sunt, ideo servanda videntur; corrigenda igitur quae antecedunt. Hac sententia contentus essem: ὅς τέλεσθε εἰν Τροίης δις τις κ. τ. λ. Si forma aoristi τέλεσθε uti liceret¹, levissime legendum erat: δις τέλεσθε εἰν Τροίης κ. τ. λ. Dispicet quidem futurum tempus h. l. positum; fortasse tamen haec sententia ferri potest:

ὅς τέλεσθε Τροίηθεν, δις τις πυρὸς ἔσχισεν ὄρμήν².

V, 12 sqq.

ἔσσεται δύναται πρώτιστος, δις τις δέκα δις κορυφώσεις γράμματος ἀργομένου· πολεμῶν δ' ἐπὶ ποιλὶ κρατήσει. Δέξεται δὲ εἰν δεκάδος πρώτον τύπον· μῆς τε μετ' αὐτὸν ἀρχεῖν, στογεῖσιν δις τις λάχεις γράμματος ἀρχήν³.

Desperata in Sibyllinis numerorum supputatio videtur, quam explicare non pro meis viribus est. Nihil enim absurdius hac Iulii Caesaris designatione

δις τις δέκα δις κορυφώσεις
γράμματος ἀργομένου.

Sed quae sequuntur verba miror neminem offendisse: μῆς τε μετ' αὐτὸν ἀρχεῖν, quorum tam inepta coniunctio mihi videtur, ut tolerari nequeat. Exspectantur haec fere: ἀλλὰ μετ' αὐτὸν ἀρχεῖται. Proposuerim igitur dubitans δις δὲ μετ' αὐτὸν ἀρχεῖται. De voce δις pro αὐτος usurpata confer exempla similia Hom. Il. VI, 59, Apoll. Rhod. Argon. IV, 1054 (MERKEL ed. maior.). Quamquam id etiam suspicari licet, duo dicendi genera in Sibyllinis solita hoc loco confusa esse: ἀρχὴν στογεῖσιν δις τις λάχεις (sic XIII, 16) et δις τέλεσθε γράμματος ἀρχὴν (XIV, 205, ubi codd. quidem τέλεσθε γράμματος).

¹ Sed cfr. KÜHNER-BLASS, Griech. Gramm. I, 2 p. 347.

² ALEXANDRE olim (v. 8 lectione codd. Φ et Ψ ἔσσενται: recepta temptavit: οὖς τέλεσθε Τροίηθεν διτις πυρὸς ἔσχισεν ὄρμην. Vide ALEXANDRE, II, 1 p. 200. BURECH (Rhein. Mus. 1892, p. 352) CASTALIONEM et ALEXANDRUM secutus versum sic legi inbet:

οὖς τέλεσθε Τροίης διτις πυρὸς ἔσχισεν ὄρμην.

Cfr praeterea REACHII ann. crit.

³ Cfr REACHII ann. crit.

V, 33 sq.

ἀλλ ἔσται καὶ διάτος ὁ λοίγιος· εἰτ' ἀνακάμψει
ἰσάζων θεῷ αὐτὸν· ἐλέγξει δ' οὐ μην ἔσται.

Locus parallelus XII, 85 sq. exstat:

ἀλλ ἔσται καὶ διάτος ὁ λοίγιος Ἰταλίδεσσιν¹
ἰσάζων θεῷ αὐτὸν, ἐλέγξει τὸ δῆμον ἔκόντα.

MENDELSSOHN (Philol. 1890 p. 253 cfr n. 9), qui recte codicu scripturam corruptam esse vidit, ἐλέγξει δὲ τὴν ἡλεῖν
ἔντα vel δὲ τὴν ἡλένην ἔντα coniecit. Fieri quidem potuit, ut poëta
eius modi vocem usurparet, sed mihi veri similius videtur
poëtam hanc sententiam protulisse: Nero a deo discet se
nihil esse: ἐλέγξει <θεὸς> δὲ οὐδὲν ἔντα. Confer fr. I, init.:

ἄνθρωποι θυγατροί καὶ σάρκινοι οὐδὲν ἔντες

et V, 491 de Serapi:

γνώσονται αἱ τὸ μηδέν.

V, 395 sqq.

οὐκ ἔτι γάρ παρὰ τοι ἀπὸ τῆς² φιλοθρέμμανος ὅλης
παρθενικαὶ κοῦραι πῦρ ἔνθεον ὥργουσιν.
ἔσβεσται παρὰ τοι³ πάλαι πεποθημένος οἶκος,
ἥνικα δειπτερον εἰδον ἐγὼ ἡπτούμενον οἴκον
πρηγνηδὸν πυρὶ τεγγόμενον διὰ χειρὸς ἀνάγνοι,
οἴκον ἀει θάλλοντα, θεοῦ τηροῦμενον ναόν,
ἢ ἄγιον γεγαντά καὶ ἀρχιτον αὖν ἔντα,
ἐκ φυγῆς ἐλπιζόμενον καὶ σώματος αὐτοῦ⁴.

Vaticinium de templo Vestae vv. 395, 396 contineri
neminem fugit; deinde autem poëta transit ad ruinam templi

¹ Dubito rectene MENDELSSOHN (Philol. 1890, p. 253 n. 9) pro Ἰταλίδεσσιν (Ιταλίδησιν; cfr IV, 104) εἰτ' ἀναλόσει ("redibit", ut ipse vult) coniecerit, ubi nihil de Nerone reduce invenitur.

² Sie ALEXANDRE, BURESCHE; cfr ad totum hunc locum RZACHII ann. crit.

³ Sie eodd., RZACH παρὰ τοι τὸ πάλαι (sed offendit hoc loco τὸ πάλαι, cfr BURESCHE (Neue Jahrb. f. Phil. 1892, pp. 289 sqq., Philol. 1892, pp. 453 sq.), qui παρὰ τοι ὁ πάλαι legit).

⁴ ἀγνοῦ BURESCHE (Neue Jahrb. 1892, p. 291).

Iudeorum describendam, vv. 398 sqq.: ἡνίκα δεύτερον εἶδον
 ἐγὼ κ. τ. λ. Quaeritur nunc, quo modo v. 397 interpretandus
 sit. Mihi vero et ipse ad templum iudaicum pertinere vi-
 detur et sententia haec esse: extinctum est a te¹ lu-
 men nostrum exoptatum, i. e. templum dei. Fortasse
 tamen οἴκος v. 397 propter idem verbum (οἴκον) v. 398
 eodem loco occurrens falso in textum irrepsit et scribendum
 erat πεποθημένον εἶδος vel πεποθημένον ἄνθος² (cfr V, 261,
 427). Si verbum πάλαι offendit, levissima correctione legi
 potest πάλιν (cfr v. 398 δεύτερον).

ALEXANDRE¹ recte, ut mihi quidem videtur, eorum op-
 nioni adversatus est, qui hunc versum de Vestae templo
 acceperunt, sed ipse (ed. sec.) ad eam opinionem trans-
 gressus est.

BURESCHE (Philol. 1892 p. 453) v. 397 (ἔσβεσται παρὰ
 σοὶ ὁ πάλαι πεποθημένος οἴκος, ut ipse vult) sicut vv. 395
 sqq.³ ad templum Vestae refert; deinde interpolatorem quen-
 dam absurde vv. 398 sqq. addidisse. Quod quidem mihi vel
 ob eam causam minus veri simile videtur, quod illi versus
 luctum ingenuum spirantes minime interpolationem sapiunt;
 neque sine gravissimis causis interpolationem statuendam esse
 censeo. Evidem credo, eum, qui haec scripsit, interitum
 Hierosolymorum ipsum vidiisse aut saltem eo ipso tempore
 vixisse, ubi dolor huius calamitatis etiamtunc recens esset.
 Et si BURESCHE contendit, Sibyllistam ineptissime se iterum
 iam eversionem templi vidiisse, quamquam Sibyllae πελο-
 γρονιωτάτης hoc dictum non tam ineptum videtur, aliam inter-
 pretationem proferre licet, quam BADT (de Or. Sib. p. 82
 cfr n. 1) probare conatus est: δεύτερος οἴκος (hebraice יְמִינָה)

¹ παρὰ σοὶ h. l. idem fere ac ὁπός σοῦ videtur significare. Sic
 etiam ALEXANDRE¹, sed ALEXANDRE² absurde h. l. σοῖς pro σοὶ positum
 esse iudicavit.

² Cum tali voce verbum ἔσβεσται fortasse minus dure coniungitur.

³ "Die Angabe über den Brand des Vesta-Tempels liegt in doppelter Fassung vor, V. 395 f. und 397; so belehrt uns schon das doppelte παρὰ σοὶ".

templum ab Herode Magno confectum est, quod nuperrime eversum poëta luget.

Ad sententiam totius loci conferendi sunt vv. 228 sqq., praecipue vv. 238 sqq.:

ἢν ποτ' ἐν ἀνθρώποις λαμπρὸν σέλας ἡελίοιο
σπειρομένης ἀκτίνος ὁμοσπόνδοιο προφῆτῶν·
γλώσσα μέλι στάζουσα καλὸν πόμα πᾶσι βροτοῖσιν
φαίνετο καὶ προέβαντα καὶ ἥμέρα πᾶσιν ἔτελλεν.
τοῦδ' ἔνεκεν, στενόβούλε πακῶν ἀρχῆς μαγίστων,
καὶ ραφή καὶ πάνθος ἐλεῖσται: ἥματι κείνει.

Lumen illud solis splendidum a Romanis extinctum esse poëta dolet, gaudet autem sperans, deum hostes Iudeorum iusta poena affecturum esse. Et hoc loco propter eversionem sacri templi Vestae cultum inter Romanos celebrem desertum iri praedicit, quod summo iure vaticinari posse sibi videbatur, quum templum Vestae paulo antea incendio periisset¹.

Hanc sententiam in hoc loco video, neque igitur interpolationem fingere opus esse credo. Magis autem suspicionem movent vv. 403 sqq., qui tritas illas Iudeorum laudes exhibent. Accedit quod ad verbum αἰνεῖ (v. 403) οἴκος (pro λαός) ex οἴκοι (v. 400) intelligere durum videtur, neque σοφὸς τέκτων (v. 404) huc trahendus est². Et v. 409 ταῦτην abrupte ad urbem sacram significandam usurpari nemo negare potest³.

VI, 3 sqq.:

ἔπει κατὰ σάρκα δοθεῖσαν
ἡγέρθη, προχοαῖς ἀπολοιτάμενος ποταμοῖο
Ιορδάνου, ὃς φέρεται γλαυκῷ ποδὶ κόματα σύρων,
ὃς πυρὸς ἐκφεῦξας πρώτος θεοῦ δύεται ἥδι
πνεῦμα: ἐπιγινόμενον λευκαῖς πτερύγεσσι πελείγει.
ἀνθῆσε: δ' ἄνθος καθαρόν, βρύσουσι δὲ πυγγαῖ.

¹ Tac. Ann. XV, 41.

² BURESCH (Neue Jahrb. f. Phil. 1892, p. 292) pro αἰνεῖ coniecit φαίνεται et pro πέτρην (v. 404) πέτρης, fortasse recte.

³ Cfr BURESCH, l. c. p. 293.

Ita fere locus constitutus est a BLEEKIO (Theol. Zeitschr. II, p. 200) et ALEXANDRO, qui textu codicum Ω vv. 6 et 7 mutato¹ meliorem sententiam reddere voluerunt, quod tamen iis contigisse vix crediderim. Nam primum protasi illi ἐπει κατὰ σάρκα δούσεσαν ἡγέρθη non satis apta videtur apodosis πρώτος ὅψεται πνεῦμ' ἐπιγινόμενον (melius apodosis locum tenerent verba ἔνθησει δ' ἄνθος καθαρόν). Deinde quid significat vox illa πρώτος? Iesumne primum (deinde Ioannem, alios) spiritum devolantem conspexisse? Haec sententia sane otiosior videtur quam quae ferri possit. — Reiecta igitur BLEEKII coniectura textum codicum Ω consideremus:

Ιορδάνου, ὃς φέρεται γλαυκώπιδι κόματι σύρων,
ὅς πορὸς ἐκφεύξας² πρώτος θεὸν ὅψεται ἥδην
πνεύματι γεννηθέντα λευκαῖς³ πτερύγεσσι πελεῖται.

Ubi RZACH (Krit. Stud. p. 65) γλαυκώπιδα κόματα coniecit; γεννηθέντα, quod metro repugnat, in γινόμενον (quod praebent Φ, Ψ) mutandum est.

FRIEDLIEB codices Ω secutus est. Quid autem de verborum sententia iudicaverit, nullo modo coniicere potui ex interpretatione eius:

*Der auch dem Feuer entflohn, wird zuerst Gott den
lieben erblicken.
Ihn den erzeugte der Geist in der Taube weissem
Gefieder.*

¹ Vide apud RZACHIUM discrepantes codicum scripturas. Falso RZACH FABRICIO lectionem θεοῦ ὅψεται ἥδη πνεῦμ' ἐπιγινόμενον tribuit, vide FABRICI biblioth. graec. I, c. XXXII, p. 210 (Hamburg 1703). RZACH ix (sic Φ, Ψ) πορὸς ἐκφεύξας legit. ALEXANDRE v. 6 verba δὲ πορὸς ἐκφεύξας (sic Ω) ad Iesum, non ad Iordanem trahere videtur: "Cetera, ut a nobis restituta sunt, plane conveniunt cum Matthaei verbis, cap. 3, v. 16, ubi videtur Iesus ipse Spiritum descendenter aspicere".

² Num ἰχθύς scribendum? EWALD (Abh. p. 65 n. 1) nulla ratione redditia ἐκφεύξαν (ἐκφεύξαν?) legi inbet.

³ Nulla est causa, cur λευκαῖς in λευκής mutemus (sic FABRICIUS, RZACH), nihil enim de haec re probat locus evangeli infantiae arabici citatus (c. 54; evang. apocryph. ed. TISCHENDORF p. 201).

De Iordani credo poëtam h. l. egisse, * qui quum ex igne (de igne illo vide Epiphan. Haeres. XXX, 13, cfr Or. Sib. VII, 84¹) emerserit, primus deum suavem, spiritu, candidis columbae alis, natum, videbit*. Quippe tum Jesus deus natus est, quum Christus aeternus ἐν εἰδῇ περιστερᾶς in eum descendit. Itaque recte Iordanes primus deum vidiisse dicitur. Ad hanc opinionem haereticam confer Irenaeum (I, 26, 1) Cerinthi dogmata referentem: *et post baptismum descendisse in eum (Iesum) ab ea principalitate, quae est super omnia, Christum figura columbae; et tunc annuntiasse incognitum patrem et virtutes perfecisse: in fine autem revolasse iterum Christum de Iesu et Iesum passum esse et resurrexisse; Christum autem impassibilem perseverasse, existentem spiritalem*. Christum autem aeternum eundem esse atque spiritum sanctum vetus erat opinio Christianorum. Vide II Clem. XIV, 3 sqq., Hermae Past. Sim. V, 6, 5, Sim. IX, 1, 1: ἐκεῖνο γάρ τὸ πνεῦμα ὁ νίκης τῶν θεοῦ ἔστιν².

Si interpretatio, quam ad hunc locum protuli, recta est, coniunctionem enuntiatorum inconditam esse concedo, quod tamen in oraculis nostris nimis offendere non debet. Protasi igitur ἐπει κατὰ σάμην δοθεῖσαν ἡγέρθη apodosis κατὰ σώματιν est: ἀνθήσει: δ' ἄνθος καθαρόν.

Ad easdem de baptismo Iesu sententias singulares nos revocant libri septimi vv. 66 sqq.:

τλήμων, οὐκ ἔγνως τὸν αὐτὸν θεόν, ὅν ποτ' ἔλουσεν
Ιόρδανος³ ἐν προχοῇ — καὶ ἔπειτο πνεῦμα πρὸς
αὐτόν⁴, —

¹ Cfr ALEXANDRE, II, 2, pp. 469 sqq.

² "Unde efficitur, Hermann spiritum sanctum pro genuino filio dei habuisse" (Hermae Pastor, rec. DE GEBHARDT et HARNACK, p. 196). Ad hanc rem cfr copiosas ALEXANDRI annotationes (II, 2, pp. 460 sqq., 465 sqq.).

³ Sic fortasse recte BURESCH, Neue Jahrb. f. Phil. 1892, p. 302.

⁴ Textus corruptus; vide RZACHII anu. crit. BURESCH (l. c.) dubitans conjectit ἐπειπετο πνεῦμα πτερίγ. Sed nulla conjectura ad h. l. mihi satis placet. Vox enim ἡς v. 68 (accepta RZACHII conjectura) non

ὅς πρὶν καὶ γεῖης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόσεντος
αὐθέντης γεγένητο λόγος πατρί, πνεύματι δὲ ἀγνῷ
σάρκας δυσάμενος ταχὺς ἐπτάτο πατρὸς ἐς οἰκον.

Quo modo verba codicum corrupta v. 67 ἐπτάτο πνεύμα
πολλῷ corrigenda sint videre non valeo. Certe quae se-
quuntur, non ad Iesum hominem, sed ad Christum sive
Verbum aeternum pertinent. Hunc etiam poëtam credo
spiritus nomine designasse: Spiritum pro creatione mundi
patri (i. e. cum patre) aeternum Verbum fuisse, deinde spi-
ritu sancto (i. e. spiritualiter¹) carnem ingressum, (postremo)
cito in domos patris revolasse. Confer Irenaeum l. c. (*in
fine autem revolasse iterum Christum de Iesu*) et Her-
mann, II. cc.

ALEXANDRE, qui v. 67 lectionem ἐπτάτο πνεύματι πολλῷ
veram esse putavit, de narrationibus evangeliorum (Marc.
I, 12, Matth. IV, 1, Luc. IV, 1) cogitavit, "quae Iesum
statim a baptismo raptum fuisse narrant in desertum a Spi-
ritu". Sed vide, quam longe ea significatio a verbis Sibyl-
listae absit.

VI, 18, sq.

ἀστράψει δὲ ἐπὶ γῆν, οἵνιν ποτε φῶτα φανέντα
εἶδον ἀπ' ἀλλήλων πλευρῶν θρόνο γεννηθέντα.

Sic novissimus editor codices Ω secutus, nisi ubi aperte
corrupti videntur; pro γεννηθέντε, quod anonymus Parisien-
sis (HASE) coniecit, omnes codices (excepto H) praebent
γεννηθέντα. Unde quae sententia erui possit quaeritur. Vi-
dentur verba significare: (Jesus) fulgebit in terram (fulgure
suo terram occupabit) qualem virum viderunt duo, quorum
alter ex alterius costis natus est (i. e. Adam et Eva, ab-
surdissime quidem sic designati, quoniam Eva sola ex Adami
costa nata credebatur, Gen. II, 21).

Sed haec sententia tolerari non potest. Quomodo enim
ad αὐτῶν trahenda videtur, sed potius πνεύμα respicit, unde erat quum
mihi legendum videretur ὁ πρὶν καὶ . . . λόγος πατρί, deinde σάρ-
κας δυσάμενος κ. τ. λ., his verbis κατὰ σόνταν ad πνεύμα-λόγος relatis.

¹ In voce enim πνεύμα nulla "personae" significatio inesse videtur.

deus cum Adamo et Eva colloquens (cfr ALEXANDRE ad h. I.) vir (φῶς) dici potest? Et quomodo Sibyllista dicere potuit, eum talem in terram venturum esse, qualem primi homines virum viderunt?

Paulo tolerabilius sententia est, si pro φῶτα cum codd. Φ et Ψ πρῶτα legimus¹; haec enim vox ad prima hominum tempora legentes revocare videtur. Sed restant difficultates supra allatae.

Mihi vero verba ἀστράψει δ' ἐπὶ γῆν non ad primum Iesu adventum, qui iam vv. 3 sqq. commemoratus est, sed ad secundum illum atque gloriosum videntur referri, quo etiam pertinent verba, quae in fine carminis occurunt:

ἵγιε² ἀν ἀστράψεις τὸ σὸν, θεός, ἔμπορον δημι.

Confer etiam ev. Matth. XXIV, 27: ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἔξερχεται ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν, οὕτως ἔσται ἡ παρουσία τοῦ νεοῦ τοῦ ἀνθρώπου. Quem locum respiciens, lectionem φῶτα ignes significantem amplexus, verborum Sibyllistae hanc interpretationem tempto, dubitans quidem et concedens, eam minime certam esse: "fulgebit in terram, sicut (ego) vidi ignes (fulgura) duos³ alterum ex alterius latere natos". His verbis obscure quidem et putide Sibyllista videtur significare potuisse fulgura ex lateribus suis in vicem quodam modo nata, ita ut totum caelum (ἀπὸ ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν) splendore suo occuparent.

Si cui haec interpretatio absurdia videtur, respondeo, vulgarem huius loci explicationem mihi absurdiores videri.

VII, 27 sq.:

κίνονα τὸ μετρήσας μεγάλῳ πορῷ, οὐ διαθάμνητες
ἀνθρώπων ὀλέσσοντος γένη κακὰ τολμησάντων.

Verbum μετρήσας aperte corruptum est, et miror, BURESHIUM (Neue Jahrb. f. Phil. 1892, p. 296) id defendere

¹ Sie ALEXANDRE.

² Ἄγιε² ἀπαστράψεις dubitans VAN HERWERDEN (Mnemosyne 1891, p. 354).

³ Dispicet δύο, quod fortasse corruptum est.

potuisse, coll. VIII, 431, qui locus ad hanc rem nihil pertinet. Ipse conieci *κίονα μὲν πήξας*, coll. II, 240: *μεγάλην δέ τε κίονα πήξει*, sed postea vidi, locum aliis conjecturis vexatum esse. REICHELT (vide RZACHII ed. p. XX) μετρόσας coniecit, LUDWICH (Berl. phil. Wochenschr. 1892, p. 203) *κίον' ἄμα πρήσας*, VAN HERWERDEN (Mnemosyne 1891, p. 364) *κίον' ἀερτήσας vel κίονά γ' ἐμπήξας*. Quas inter conjecturas ultima mihi maxime placet, eandem sententiam praebens quam ipse hoc loco desidero, et *ἐμπηγγίνωται κίονα πῷ*, quamvis audacter, poëtice dici potest. Coniectura mea tamen levior et fortasse propter l. parall. II, 240 veri similior est.

VII, 29:

ἔσται γάρ ποτε κοινὸς ἄναξ χρόνῳ.

Confer ad h. l. RZACHII ann. crit., BLEEK (Theol. Zeitschr. II, p. 208 n. 1), ALEXANDRE II, 1, p. 217. Mihi vero verba κοινὸς χρόνος non tentanda videntur, confer VIII, 121: *ἄλλ' αὐτὸν κοινὸς ἄποιν* (VIII, 208: *καὶ κοινὸς πάντεσσι βίος*); credo igitur potius ἄναξ, quod apte interpretari hoc loco vix licet (FRIEDLIES vertit: "die herschende Zeit"), corruptum esse. Cogitari quidem potest de ἄποιξ¹, quod tamen non magnopere placet.

VII, 30 sq.:

ἄλλ' οὐ παύσουσιν ἄναξ
ἀκράντοις.

Sic FRIEDLIES dubitans pro codicium *ἀκράντος*, quod corruptum videtur; lectionem FRIEDLIERI RZACH in textum suum recepit. Sed vox *ἀκράντος* hoc loco non valde placet, est enim "irritus", sententia autem videtur postulare hanc significationem: "desperatus, insanabilis", quam vim voci *ἀκράντος* inesse nusquam vidi. Coniectura, quam in ann. crit. RZACH dubitans proposuit *ἀκράτοις* (nonne melius *ἀκρήτοις*?) ab omni probabilitate abhorrere videtur. In verborum contextum quadrare credo vocem *ἀποήκτος*, quam si-

¹ Sie ALEXANDRE¹; ALEXANDRE² κτίνος ἄποιξ χρόνος temptavit.

mil modo Homerum usurpasse constat, confer Od. XII, 223
ἀπογράτον ἀνίην.

VIII, 52:

ἔσσεται ἄνακτος πολύμερανος ἔχων πέλας οὖνομα πόντος.

Quomodo vox πέλας hic ferri possit equidem non possum videre. ALEXANDRE nescio quo iure in indice verborum seu graecitatis, respecto hoc loco, vertit "fere, circiter", quae interpretatio nullo modo in hunc contextum verborum quadrat. Coniicio igitur *ἔχων φίλον οὖνομα πόντος*, coll. V, 22, ubi de Tiberio:

ἔξεται . . . ποταμοῦ φίλον οὖνομα.

VIII, 153 sqq.:

† κωμάζει βουλῆσι τὸν ἐγκρυφίηστο λοχεῖσις
 'Ασίδος ἐκ γαίης ἐπὶ Τρωικὸν ἄστον' ἐπιβάντα,
 θυρὸν ἔχοντ' αἴθωνος.

Sic RZACH, nullam emendationem conatus; ALEXANDRE proposuit κώμαζε, εἰ βούλει: σ. Equidem non video, cur non levissima textus mutatione legi possit κώμαζε, εἰ βούλησι, "celebra in consiliis". Confer ad hanc rem Comodianum de Nerone redivivo, C. A. 869 sqq. (DOMBART), ubi Nero et senatus Romanus videntur conspirare. Confer etiam Or. Sib. VIII, 176 sq., quos versus ad eundem Neronem pertinere credo.

VIII, 313 sqq.:

*καὶ τότε ἀπὸ φυμένων ἀναλύσας ἐς φάσις ἔξεται
 πρῶτος ἀναστάσεως κλητοῖς ἀρχὴν ὑποδείξας.
 ἀθανάτου πηγῆς ἀπολογοσάμενος ὕδάτεσσιν
 τὰς πρότερον κακίας, ἵνα γεννηθέντες ἄνωθεν
 μηκέτι δουλεύσασιν ἀθέσμοις ἔθεσι κόσμον.*

Confer RZACHII annot. crit. et "Krit. Stud." pp. 76 sq. Auctoritatem codd. Ω secutus RZACH argumentum loci non satis videtur respexisse. Mihi vero ἀπολογοσάμενος maxime displicet, quod hanc sententiam praebet: "quum aquis immortalis fontis peccata sua antea commissa lavit". Quod de Christo

dici non potest. Longe aliter sonat locus VI, 4 sq., a RZACHIO perperam allatus de baptismo Christi: πρόχοιτις ἀπολουσάμενος ποταμοῖο Ἰορδάνου. Neque alter locus hue allatus I, 338 sqq. lectioni RZACHII vel minime favet: ubi Ioannes baptista

πᾶσι βοήσει
εὐθείας ἀτραποῖς ποιησάμεν τὸ δ' ἀπορίθαι
ἐκ πραδίης κακίας καὶ οὐδατι φωτίζεσθαι
πᾶν δέμας ἀνθρώπων, ἵνα γεννηθέντες ἀνωθεν
μυκέτι μηδὲν δῆλος γε παρεκβαίνωσι δικαίων.

Lectio ἀπολουσάμενοι (Φ) dura quidem, sed tolerabilius. Coniectura ALEXANDRI ἵνα λουσάμενοι mihi magis placet quam RZACHIO, qui ALEXANDRUM "perperam" conieccisse iudicat. Leviore autem mutatione legi potest ἀπολουσαμένοις, ad κλητοῖς referendum, qua lectione et sententia et verborum coniunctio tolerari possunt.

VIII, 337 sqq.:

καὶ τότε γηραίεσσει κόσμου στοιχεῖα πρόπαντα,
ἄλλο γαία θάλασσα φάσι πορὸς αἰθομένοιο·
καὶ πόλος οὐράνιος καὶ νῦν καὶ γῆματα πάντα
εἰς ἐν σφρήγεσσοις καὶ ἐς μορρήν πανέργημον.

In v. 340 RZACH. OPSOPOEUM secutus σφρήγεσσοις e II, 201¹ in textum recepit. Sed praeterea quod codicum verba εἰς ἐν πῷρ τέξεσθαι optime defendi possunt, notandum mihi videtur, Comodianum, fortasse ad loci nostri exemplum, iisdem verbis usum esse, Instr. II, 4, 6 sqq.:

In una flamma convertitur tota natura,
uritur ab imis terra montesque liquecunt,
de mare nil remanet, vincetur ab igne potente,
interit hoc caelum et ista terra mutatur.

¹ Quem locum eave certum credas. BURESCHE (Philol. 1892, p. 111) v. 200 coniecit τὰ γὰρ οὐράνιοι φωστήρες εἰς ἐν σφρήγεσσοις, fortasse recte.

VIII, 357 sq. = II, 311 sq.:

έπτα γάρ αἰώνων μετανοής σήματα ἔδωκεν
ἀνδράσι πλαξούμενοις διὰ κειρῶν παρθένοις ἀγνῆς.

In libro octavo, unde liber secundus l. c. hausisse videtur¹, poëta vv. 337 sqq. finem mundi fuse depingit et, ut saepe solet, in poena impiorum amplificanda moratur, vv. 353 sqq.:

καὶ καλέσουσι καλὸν τὸ θάνατον καὶ φεύξετ' ἀπ' αἰτῶν·
οὐκ ἔτι γάρ θάνατος κείνοις, οὐδὲ ἀναπαύσετ.
πολλὰ δ' ἐρωτήσουσι μάτην θεὸν ὑψηλόδοντα
καὶ τοτ' ἀποστρέψει φανερώς τὸ πρόσωπον ἀπ' αἰτῶν.

Iam sera eorum poenitentia nihil proficiet, neque tamen antea poenitentiae locus iis defuerat:

έπτα γάρ αἰώνων κ. τ. λ.

Haec sententia eorum versuum esse videtur. Quamquam offendit sacrae virginis mentio, quae recentiora tempora prodit². Et Lactantius, qui div. inst. VII, 16, 12 hunc locum respexit, nihil de illa singulari doctrina affert. Quam ob rem duo versus suspecti sunt³.

Sed quaeritur, quo modo v. 357 scribendus sit. RZACH hic, ut fere semper, codicum classem Ω secutus est, quae lectionem σήματα præbet; codd. Φ et Ψ, sicut in loco parallelo, γυμνά habent. Quas lectiones levissime confundi potuisse appareret. Evidem non intelligo, quid significant ἔπτα αἰώνων σήματα; sed ad ἔπτα αἰώνων γυμνά⁴ conferendus est liber quartus Esrae [VI]⁵, 49 sqq., præcipue vv. 75,

¹ Cfr supra p. 14.

² Cfr de cultu Mariae virginis MOELLER, Kirchengesch. I, pp. 534 sqq.

³ ALEXANDRE eos cancellis inclusit. Cfr RZACHIUM ad II, 311 sq.

⁴ BOUCHÉ-LECLERCQ, Histoire de la divination, II, p. 207 interpretatus est: "Grâce à l'intercession de la Vierge, l'humanité a encore sept siècles pour se repentir, après quoi viendra la fin du monde". Cfr ALEXANDRE, II, 1, pp. 242 sq. Sed de illis septem saeculis nihil, quod ego quidem sciam, alio loco invenitur.

⁵ ex versione syriaca, in FRITZSCHII editione latine redditu.

76 (p. 611 FRITZSCHE): "et respondi (Esras) et dixi: nunc vero dabiture eis (mortuis) locus, aut tempus animabus, postquam separabantur a corporibus, ut viderent, quod dixisti mihi (cfr ibid. supra vv. 51 sqq.)? Et respondit et dixit (angelus) ad me: septem sunt dies libertatis eorum, in quibus septem diebus vident verba illa, quae dicta antea fuerunt, et postea colligentur in promptuaria sua". Hoc loco nihil quidem de poenitentia impiorum; sed hanc quaestionem scriptori cordi fuisse probant vv. sequentes, ubi vates angelum interrogat: "Num in die iudicii poterunt iusti interrogare impios aut deprecari pro eis Altissimum?" Quod quidem paulo infra (vv. 81 sqq.) negatur, sed Sibyllista mitiorem sententiam habuisse videtur.

Et secundi oraculorum libri Sibyllista, quem ex octavo libro hausisse credibile est, aperte eam opinionem profitetur, II, 330 sqq.:

τοῖς καὶ ὁ παντοκράτωρ θεὸς ἀφθιτος ἄλλο παρέξει
εὐσεβέσσα', ὅπότ' ἀν θεὸν ἀφθιτον αἰτήσωνται·
ἐκ μαλεροῦ πυρός τε καὶ ἀκαμάτων ἀπὸ βρογμῶν
ἀνθρώπους σῶσαι δύσσει· καὶ τοῦτο ποιήσει¹.

De loco tamen citato libri quarti Esrae conferendus est VOLKMAR (Handb. der Einl. in die Apocryph. II, p. 89), cuius interpretationem rectam esse vix crediderim. Negat enim vir doctus, levibus quidem argumentis prolatis, illam septem dierum libertatem ad impiorum animas pertinere posse. — Praeterea ad hanc libri quarti Esrae partem confer KARISCH, Das vierte Buch Esra, p. 74, quem hunc ipsum locum obscurissimum praeterisse doleo.

VIII, 381 sqq.:

τὸν κτιστὴν προληπόντες ἀσελγείσας ἐλάτρευσαν.
† παντενα φύτες ἔχοντες ἀγριέστοις δῷρα διδοῦσιν
ώς ἐς ἐμάς τιμᾶς τάδε γρήγορα πάντα δοκοῦντες,
θοινγ κνισσοῦντες, ώς τοις ἴδιοις νεκύεσσιν.

¹ Haec professio lectorem orthodoxum, poëtam autem misellum movit, ut in libri fine παλινῳδίαν quandam scriberet.

Sic RZACH codd. Ω secutus; discrepantes codicum Φ et Ψ scripturas vide in RZACHII ann. crit. V. 382 aperte corruptus est, sed interpolationem non sapit, quare ALEXANDRE¹ vix recte vv. 382, 383 uncis inclusit. VAN HERWERDEN (Mnemos. 1891, p. 367) πάγκενα et ἀγρίστως (hoc quidem dubitans) coniecit. Sed tamen valde displicent verba φῶτες ἔχοντες, neque vero πάγκενα placet. Sententia mihi haec videtur: sacrificia hominum inutilia sunt neque deum amplificare neque iuvare possunt. Confer v. 383:

ώς ἐς ἐμάς τιμάς τάδε χρήσιμα πάντα δοκοῦντες,

vv. 387 sq.:

καὶ λόγγοις ἀπτούσιν ἐμοὶ τῷ φῶτᾳ διδόντι

χῶς διψῶντι θεῷ θνητοὶ σπένδουσι τὸν οἶνον.

Quae sententia evaderet, si v. 382 verbis πάντες γάρ αὐτοῦ (Ψ; πάντες δ' αὐτοῦ Φ) in πάντ' ἀπ' ἐμοῖς γάρ mutatis, scriberemus:

πάντ' ἀπ' ἐμοῖς γάρ ἔχοντες ἀγρίσιμα¹ δῶρα διδοῦσιν
χῶς ἐς ἐμάς τιμάς τάδε χρήσιμα πάντα δοκοῦσιν.

"Quamquam enim omnia ex me habent, inutilia dona (mihi) dant et haec omnia quasi ad gloriam meam utilia existimant."

Minus quidem placet γάρ quarto loco positum, quod tamen non inusitatum esse lexica docent. Et in loco aperte corrupto coniecturis minus certis uti licet.

VIII, 438 sqq.:

αὐτῶν μὲν γάρ ἔκαστα νόφ διατεκμαίρονται,
ὅσσα περ αὐτῷ σοι δοκέει πρήσσειν τ' ἐπινεῖει
σοὶς παῖς πρὸ κτίσεως πάστης στέρνοισι περικάλες
σύμβολος, πλάστης μερόπων κτιστής τε βίοιο.

Confer RZACH, Krit. Stud. p. 85. Eleganter concedo RZACHIUM hunc locum constituisse, sed textum codicum nimis mutavit, neque sententia offensione caret. Nam rec-

¹ ἀγρίστως (= δαιμονί) minus placet, quum de donis deo oblationis agitur.

tius deus filio diceretur imperasse, ut mundum ad ipsius voluntatem crearet¹. Adde, quod deus in Sibyllinis πλάστης μερόπων et κτιστής βίου est. Confer Or. Sib. III, 24, I, 45, 158, fr. I, 5, 36, fr. III, 17, fr. V, 1. Et si filius VIII, 264 σύμβολος praedicatur, quid impedit, quominus deum h. l. filii σύμβολον dici putemus? Maluerim igitur:

πρήσσειν τ' ἐπινέουσις
παιδὶ πρὸ κτίσεως πάσης στέρνοισι πεφυκός
σύμβολος.

XI, 153 sq.:

οὕνομα δὲ σχήσεις τρισύλλαβον, οὐ γάρ ἀστημον
στογεῖσιν ἀρχομένου δηλοῖ τὸν ὑπέρτατον ἄνδρα.

Offendunt verba στογεῖσιν ἀρχομένου, quae quo modo cum ceteris coniungenda sint non intelligo, et loci paralleli XII, 271, XI, 142 a RZACHIO allati nihil de hac re probant. Levi autem correctione locus sanatur, si legimus:

οὐ γάρ ἀστημον
στογεῖσιν ἀρχομένου δηλοῖ τὸν ὑπέρτατον ἄνδρα.

Confirmatur haec lectio loco XI, 189 sq.:

τὸ δὲ οὕνομα τοῦτο μεθέξεται,
παντγάκοντ' ἀριθμῷ δεκάκις στογεῖσιν δὲ δηλοῖ.

Ita etiam mihi quidem recte RZACH V, 37 codicum scripturam mutasse videtur:

ἐπτάκις δη δεκάτη κεραίη δεκινος πρόδηλον².

¹ Deum per Verbum mundum creasse vulgarem fuisse opinionem quis neget?

² Quem quidem locum BURENSCH (Rhein. Mus. 1892, p. 346), qui (l. c. p. 342) ad XI, 153 sq. nescio quo iure hanc interpretationem temptavit: "einen dreisilbigen Namen wird er haben und nicht (natürlich ist οὐδὲ ἄρι zu schreiben) bedeutungslos offenbart derselbe durch seinen Anfangsbuchstaben den vornehmen Mann", in codicibus recte scriptum indicat.

folgt S. 113 – 116

w. 117 – 119 Index



